This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

B
218
A35S7

3/6



Empedocles
//

EMPEDOCLIS AGRIGENTINI

FRAGMENTA

DISPOSUIT RECENSUIT ADNOTAVIT

HENRICUS STEIN.

PRAEMISSA EST DE EMPEDOCLIS SCRIPTIS DISPUTATIO.

BONNAE
APUD ADOLPHUM MARCUM.

LONDINI APUD O. C. MARCUM (8, OXFORD STREET).
MDCCCLII.

Clwm

B218
A35S7

PRAECEPTORIBUS SUIS

FRID. THEOPH. WELCKERO

FRIDERICO RITSCHELIO

D.

EDITOR.

Empedoclis ingenium quam varium multiplicisque scriptionis ferax fuerit, testimoniorum congerie docet Diog. L. VIII, 57: *Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Σοφιστῇ φησι πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὑρεῖν, Ζήνωνα δὲ διαλεκτικήν. ἐν δὲ τῷ περὶ ποιητῶν φησιν ὅτι καὶ Ὁμηρικὸς ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορικός τ' ὢν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτεύγμασι χρώμενος· καὶ δὴ ὅτι γράψαντος αὐτοῦ καὶ ἄλλα ποιήματα τήν τε τοῦ Ξέρξου διάβασιν καὶ προοίμιον εἰς Ἀπόλλωνα, ταῦθ' ὕστερον κατέκαυσεν ἀδελφή τις αὐτοῦ ἢ θυγάτηρ, ὥς φησιν Ἱερώνυμος, τὸ μὲν προοίμιον ἄκουσα, τὰ δὲ Περσικὰ βουληθεῖσα διὰ τὸ ἀτελείωτα εἶναι.* (58) *καθόλου δέ φησι καὶ τραγῳδίας αὐτὸν γράψαι καὶ πολιτικά. Ἡρακλείδης δ' ὁ τοῦ Σεραπίωνος ἑτέρου φησὶν εἶναι τὰς τραγῳδίας. Ἱερώνυμος δὲ τρισὶ καὶ τετταράκοντά φησιν ἐντετυχηκέναι, Νεάνθης δὲ νέον ὄντα γεγραφέναι τὰς τραγῳδίας καὶ αὐτὸς ἔπειτα αὐταῖς ἐντετυχηκέναι. φησὶ δὲ Σάτυρος ἐν τοῖς βίοις ὅτι καὶ ἰατρὸς ἦν καὶ ῥήτωρ ἄριστος. Γοργίαν γοῦν τὸν Λεοντῖνον αὐτοῦ γενέσθαι μαθητήν, ἄνδρα ὑπερέχοντα ἐν ῥητορικῇ καὶ τέχνην ἀπολελοιπότα.* Qui locus uti est creber rebus ac testibus, ita non ab omni difficultate liber. Noli enim ex ipsis Aristotelis libris priora illa de genere dicendi carminumque fatis sumpsisse credere Diogenem, qui unde hauserit ipse Hieronymi de minuta re memorato dissensu eiusdemque mox iterata mentione enuntiavit. Ipsius autem Aristotelis verba enotasse Sextum Emp. adv. math. VII, 6 (*Ἐμπεδοκλέα μὲν γὰρ ὁ Ἀριστοτέλης φησὶ πρῶτον ῥητορικὴν κεκινηκέναι, ἧς ἀντίστροφον εἶναι τὴν διαλεκτικήν. — πάλιν Ἀριστοτέλης τὸν γνώριμον αὐτοῦ* (*Παρμενίδου*) *Ζήνωνα διαλεκτικῆς ἀρχηγὸν ὑπείληφεν*) fidem facit Quintiliani eius loci interpretatio ex eodem fonte, ut ap-

paret, ducta, III, 1, 8 *primus post eos, quos poetae tradiderunt, movisse aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur.* His auctoribus quamquam illud de Empedocle *rhetore* iudicium omni dubitationi eximitur, quem tamen in sensum accipiendum esset, dissederunt interpretes, cum alii de praeceptis vel etiam libris rhetoricis cogitarent, quorum e numero exulare noluit nuper *Karstenius* (Emped. Agrig. carm. reliq. p. 61), alii carmina rhetorico genere fuisse quodam modo tincta vellent, quod vel incitato orationis impetu, vel cohortationum civium vi ac gravitate, vel denique singularum partium rhetorum in modum meditata explicatione contineri putarent. E quibus illis desunt prorsus testimonia, hi exempla afferre neglexernnt. Nec tamen magnopere erat haesitandum, si quidem Aristoteles adnexo Zenonis nomine *) sententiam suam sat aperte declaravit. An quis unquam de Zenonis praeceptis librisve, quibus dialecticae traderetur ars et ratio, quicquam audivit? Sed praecepit is usu atque exemplo, quae postea ab aliis in artis capita digesta sunt. Neque aliter usus est Empedocles eis rhetoricae locis ac praeceptis artificiisque, quibus res quaepiam disponeretur et explicaretur, partes denique singulae amplificarentur ornarenturque. Cuius generis artificii ab Empedocle non contempti servavit Aristoteles memoriam rhet. III, 5: *τρίτον μὴ ἀμφιβόλοις (ὀνόμασι λέγειν.) ταῦτα δὲ, ἂν μὴ τἀναντία προαιρῆται. ὅπερ ποιοῦσιν, ὅταν μηθὲν μὲν ἔχωσι λέγειν, προςποιῶνται δέ τι λέγειν· οἱ γὰρ τοιοῦτοι ἐν ποιήσει λέγουσι ταῦτα, οἷον Ἐμπεδοκλῆς· φενακίζει γὰρ τὸ κύκλῳ πολὺ ὂν καὶ πάσχουσιν οἱ ἀκροαταὶ ὅπερ οἱ πολλοὶ παρὰ τοῖς μάντεσιν*: cui tamen paulo obscuriori criminationi quantum tribuendum sit, eo magis est ambigendum, quod neque in fragmentis eius rei ulla, si quid video, indicia extant, et Plutarchus his contraria testari videtur exemplisque confirmat sympos. p. 683 (v. ad vs. 243). Potest autem omnino Aristotelia illa de carminibus dicta sint an de orationibus dubitari. *Scripsisse qui-*

*) Cf. Diog. L. IX, 25: *φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Σοφιστῇ εὑρετὴν αὐτὸν (Ζήνωνα) γενέσθαι διαλεκτικῆς, ὥςπερ Ἐμπεδοκλέα ῥητορικῆς.*

dem Empedoclem orationes, duo tantum eaque pertenuia sunt vestigia, quorum alterum *πολιτικῶν* ab Hieronymo l. l. facta mentione continetur, alterum fragmentum est pedestris sermonis, ab Diogene VIII, 63 ex Heraclide Pontico allatum: *Ἀκραγαντῖνοι τρυφῶσι μὲν ὡς αὔριον ἀποθανούμενοι, οἰκίας δὲ κατασκευάζονται ὡς πάντα τὸν χρόνον βιωσόμενοι*: quae nescio quid Sicularum argutiarum redolent; neque propter ea, quae collegit Menagius ad Diog. l. l., illi abiudicarim, cuius profecto temporibus multo magis tale dictum convenit, quam vel Platonis, qui adolescens illam urbem a Carthaginiensibus eversam viderat (v. Diod. Sic. XIII, 90). *Habendi* vero orationes vix e veteribus cuiquam plures quam huic vel necessitates vel opportunitates obtigerunt, quippe qui e nobilissima Agrigenti oriundus gente (Diog. VIII, 51—53) pueritia attigit turbulentissima reipublicae eius tempora, Thrasydaeo tyranno expulso insignia (cf. Boeckh. ad Pind. Ol. II p. 117 sq.), quorum calamitati eripuisse civitatem liberaque forma corroboravisse Metonem Empedoclis patrem cum e Neanthis ap. Diog. VIII, 72 verbis (*Νεάνθης δ' ὁ Κυζικηνὸς ὁ καὶ περὶ τῶν Πυθαγορικῶν εἰπών φησι Μέτωνος τελευτήσαντος τυραννίδος ἀρχὴν ὑποφύεσθαι*) tum e Telaugis (in subditicia ad Philolaum epistola, v. Diog. VIII, 53. 55, unde eius epistolae de singulis fides non prorsus evertitur) vel errore vel ludo colligo, quo in Metonis nominis locum subditum est *Ἀρχίνομος*, quod cognomen potius e publico officio impositum quam nomen censendum est *). Ipse autem Empedocles strenuum se civem libertatisque publicae acrem defensorem tribus maxime rebus exhibuit, quod tyrannidis splendorem a populo delatum recusavit, turbulentorum civium repressit conatus, mille deni-

*) Similibus nominibus utebantur magistratus, quos Locris Epizephyriis fuisse *κοσμοπόλεις* narrat Polyb. XII, 16, apud Mazacenos autem Cappadoces e Charondae institutis *νομῳδοὺς* Strabo XII p. 813. — Ceterum pro *Μέτων* Tzetzam Homer. p. 58 Schirach. lusisse *Μελίτων* monuit Schneidewinus philol. t. VI p. 158 n., quem tamen verbis Tzetzae tantum tribuere nollem.

que ditiorum, ut videtur, civium concionem diluit, h. e. principatum eis reipublicae abrogavit populumque totum sui esse iuris iussit. Tali igitur ingenio, quod in fori luce ac pulvere adolevit summaque cum gloria ac fructu versatus est, non potest probabiliter eius artis defuisse laus, in qua apud veteres rei publicae gerendae paene summa posita esset. — Atque huius praeceptis potius institutum quam exemplo incitatum esse Gorgiam Leontinum, virum eloquentiae laude cumulatum, testimoniorum paucitas et ambiguitas credi non sinunt. Quem tradiderunt quidem fuisse Empedoclis discipulum eundemque artis rhetoricae scriptorem (v. tamen Spengel. *συναγ. τεχν.* p. 81 sq.): Satyrus ap. Diogenem loco supra descripto, quocum conferendus Suidas s. v.; scholiastam enim ad Plat. Gorg. p. 345 ex ipso Platone sua consuentem nihili facio. Et Satyri testimonium obest magis rumori de Empedoclis arte rhetorica quam prodest, ut qui e discipuli demum facultate iudicium faciat de magistro: qui tamen omnino num fuerit Empedocles, valde dubium ac paene incredibile. Quintilianus certe III, 1, 8 (*Gorgias Leontinus Empedoclis, ut traditur, discipulus*) admonet nos exemplo suo cautionis. Utmittam enim disciplinae apud veteres vagum significatum, rationes temporum vehementer refragantur. Gorgiae enim aetatem centum novem annorum certissimis calculis inter olymp. 71 et 98 inclusit Fossius (de Gorg. Leont. comment. p. 11); Empedoclis autem sumpsit magis quam probavit Karstenius ab olymp. 72 usque ad olymp. 87 pertinuisse, cum aliquot olympiadibus proferendam esse probabilius sit. Etenim cum Aristoteles loco multum tractato metaphys. I, 3 Anaxagoram dicat *τῇ μὲν ἡλικίᾳ πρότερον* Empedocle, *τοῖς δ' ἔργοις ὕστερον*, hunc autem olymp. 70 natum esse Apollodori ap. Diog. II. 7 auctoritate constet: non potest Aristoteles paucorum annorum intervallum cum ingeniorum non mediocri differentia comparare voluisse. Apollodorus porro ap. Diog. VIII, 72 eorum redarguens sententiam, qui pugnasse narrassent Empedoclem Syracusis contra Athenienses,

ἀγνοεῖν, inquit,
τελέως ἐμοὶ δοκοῦσιν· ἢ γὰρ οὐκέτ' ἦν,
ἢ παντελῶς ὑπεργεγηρακώς, ὅπερ
οὐ φαίνεται —

id autem bellum cum in olymp. 91 incidisset, hanc attigisse eum nec Apollodorus praefracte negavit, (nempe *οὐ φαίνεται* ad posterius tantum membrum trahenda sunt excluduntque senis arma) et ei, quos oppugnavit, alicunde acceperint necesse est. Qua ratiocinatione, etsi ambitiosius uti nolo, hoc saltem efficitur, minorem eum natu fuisse quam Gorgiam abque hoc non paucorum annorum spatio disiunctum. De disciplina igitur, nisi si miro exemplo discipulum quindecim minimum annis maiorem magistro fingere quis gestiat, non iam quicquam credendum; exempli vim atque etiam familiaritatis coniunctionem ne ego quidem recuso.

Ad Aristotelem porro auctorem, Hieronymi, ut apparet, testimonio nixus, refert Diogenes quae de duobus carminibus narrat, Persarum expeditione prooemioque in Apollinem, relictis quidem a poeta, a sorore autem vel filia combustis, altero quod nondum absolutum esset: de altero causa omissa est; namque ut casu aut imprudentia interiisse opinere, non postulat vocis *ἄκουσα* ambigua vis, quae pariter de necessitate foris imposita valet. Huncque potius in modum ut interpreter, partim rei aliter nimia Aristotelioque stilo vix digna levitas admonet, partim atque potius de prooemii huius singulari quadam indole atque argumento e doctrinae recessibus alias comprobanda coniectura, qua id non ad vulgare hymnorum genus, verum ad dei, cuius numini destinatum fuit, vim ac naturam philosophica quadam ac paene physica ratione explicandam spectasse suspicor.

Atque haec quidem secundum Aristotelem: reliqua de tragoediarum grandi numero cum illius auctoritate tum rationis probabilitate prorsus destituta sunt. Nec subnituntur nisi unius nescio quantae fidei Hieronymi testimonio, cui tamen tam fidenter se mancipavit Karstenius, dissuadentibus Sturzio (Emped. p. 88) et Boeckhio (Staatsh. t. II. p. 362) ut, ne scilicet tot fabula-

rum poetam irrueret mole, lyricarum tragoediarum thesaurus ei eruendus videretur. Cui doleo tantum concessisse Geelium (ap. Karst. p. 519) ut pro ἔπειτα αὐτοῖς, quae legebantur, ἐπιτόμοις audens fabularum epitomas elicere studeret. Nam eius loci, quem e Cobeti codicibus, opinor, fulta recensione dedi, quae videtur stribligo, evanescit, ubi excerpentis memineris Diogenis, qui cum duobus locis loquentem de hac re videret Neanthem, posteriorem locum particula ἔπειτα indicavit: quod uti scribendi velocitatem prodit, ita in proximis νέον ὄντα inest insignis aut compilatoris neglegentia aut mendi foeditas. Tamne enim absurdum fuisse credamus Neanthem, ut, dummodo ab Empedoclis senectute plilosophicis decretis superbiente scenae defenderet levitatem, eiusdem adulescentiam quadraginta quatuor fabularum operiret immenso labore? Quicquid malueris, sive Diogenem sive librarium oscitantem, Neanthes, mihi crede, non de iuvene Empedocle, sed de iuniore quodam huius nominis locutus est (νεώτερόν τινα). Quod ut tanta confidentia ponam, facit Suidae s. v. peropportuna haec adnotatio: Ἐμπεδοκλῆς, θυγατριδοῦς τοῦ προτέρου, τραγικός· τραγῳδίαι αὐτοῦ κδ': quae quod de numero discrepant ab Hieronymo, facilius e corruptelarum in numeris crebritate explicatur, quam ut emendasse iuvet. Heraclidis autem auctoritatem (ἑτέρου εἶναι τὰς τραγῳδίας) non est cur non in eandem sententiam valere dicamus. Et Hieronymi errorem ne reprehendendum quidem gravius censeo, quando alterius Empedoclis nomen summa apud omnes laudis fama florebat, alterius tam penitus oblivione obrutum est, ut nisi in Suidae latebris nusquam nunc appareat.

His multo maioris est momenti ea quaestio, quae de scriptorum ad genus philosophicum pertinentium numero et indole nunc instituenda est. Ac proficiscendum est ab duobus perbrevibus Diogenis et Suidae locis, quorum tamen et auctoritas et utilitas eo augetur, quod utrumque suo more e grammaticorum Alexandrinorum commentariis sive tabulis (cf. Ritschl bibl. Alexandr. p. 104) eisque diversis hausisse res ipsa docet. Illius locus est VIII, 77: τὰ μὲν οὖν περὶ φύσεως αὐτῷ καὶ οἱ Καθαρ-

μοὶ εἰς ἔπη τείνουσι πενταχιςχίλια, ὁ δὲ ἰατρικὸς λόγος εἰς ἔπη ἑξακόσια· περὶ δὲ τῶν τραγῳδιῶν προειρήκαμεν, huius s. v: ἔγραψε δι' ἐπῶν περὶ φύσεως τῶν ὄντων βιβλία γ'. καὶ ἔστιν ἔπη ὡς διςχίλια· ἰατρικὰ καταλογάδην: quibus e coniunctis quae procudit Eudocia p. 169 erroreque foedo (ἰατρικὰ βιβλία ἕξ) maculavit, neglego. Atque λόγον ἰατρικὸν a Diogene memoratum (nam codicis Vindobonensis eius memoriam omittentis ne quam credas in hoc habendam esse rationem, scias eundem aperto mendo pro πενταχιςχίλια exhibere πεντακόσια) eum igitur λόγον non versibus, sed prosa oratione conscriptum fuisse, tam luculenter Suidas testatur, ut Karstenius haud sit audiendus, qui, cum fontium diversitatem non perspexisset, e Diogenis λόγῳ Suidae καταλογάδην detorsum ac depravatum esse suspicatus est ac continuo carmen id fuisse contendit, huic, credo, maxime innixus rationi, quod ἔπη nisi de versibus usurpari non putaret: cuius rationis vim diluunt quae de duplici in librorum catalogis vocis eius usu congessit exempla Ritschelius l. l. p. 101. Nec vero, ut visum est Karstenio, respexisse eiusmodi carmen Aristotelem poet. I, 1 (οἱ ἄνθρωποί γε συνάπτοντες τῷ μέτρῳ τὸ ποιεῖν ἐλεγειοποιούς, τοὺς δὲ ἐποποιοὺς ὀνομάζουσιν, οὐχ ὡς τοὺς κατὰ μίμησιν ποιητάς, ἀλλὰ κοινῇ κατὰ τὸ μέτρον προςαγορεύοντες. καὶ γὰρ ἂν ἰατρικὸν ἢ μουσικόν τι διὰ τῶν μέτρων ἐκφέρωσιν, οὕτω καλεῖν εἰώθασιν. οὐδὲν δὲ κοινόν ἐστιν Ὁμήρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ πλὴν τὸ μέτρον. διὸ τὸν μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν, τὸν δὲ φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητήν) propter huius de poetica libelli nimis contracti et luxati indolem affirmari potest, et debebat, si maxime Empedoclis de arte medica carmen intellegi volebat, medicum hunc, non physiologum appellare. Quocirca a talis scripti titulo seiungendi sunt versus, quos Karstenius eo quamquam dubitanter retulit, Diog. VIII, 59: τοῦτον (Γοργίαν) φησὶν ὁ Σάτυρος λέγειν ὡς αὐτὸς παρείη τῷ Ἐμπεδοκλεῖ γοητεύοντι. ἀλλὰ καὶ αὐτὸν διὰ τῶν ποιημάτων ἐπαγγέλλεσθαι τοῦτό τε καὶ ἄλλα πλείω, δι' ὧν φησι·

φάρμακα *) δ' ὅσσα γεγᾶσι κακῶν καὶ γήραος ἄλκαρ
πεύσῃ, ἐπεὶ μούνῳ σοὶ ἐγὼ κρανέω τάδε πάντα.
παύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος οἵ τ' ἐπὶ γαῖαν
ὀρνύμενοι πνοιαῖσι καταφθινύθουσιν ἄρουραν·
καὶ πάλιν, εὖτ' ἐθέλῃσθα, παλίσσυτα πνεύματ' ἐπάξεις·
θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν
ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου
ῥεύματα δενδρεόθρεπτα κατ' αἰθέρος ἀΐσσοντα·
ἄξεις δ' ἐξ Ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

Quorum de sede quid statuendum arbitremur, externae formae nota infra probabimus: nunc tantum certe patet, doctrinam medicam in eis non promitti nisi in versu primo et ultimo, cetera vero tam esse ab illa remota quam veterum de rebus physicis decretis contigua, ut carmini physico quominus inseramus infirma prorsus opinione eorum, qui eos *ἰατρικοῖς* seposuerunt, non deterreamur. Scripsit ergo Empedocles de re medica pedestris orationis libellum? De hoc vero cohibeo meum iudicium, suone ille talem enixus sit partu. Adnumeratur quidem a duobus fide dignis scriptoribus, ut reliquos mittamus, in medicorum numero, a Galeno therap. I, t. X. p. 3 Chart. *καὶ οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας ἰατροὶ Φιλιστίων καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παυσανίας καὶ οἱ τούτων ἑταῖροι*, et a Plinio hist. nat. XXXVI, 27 *pestilentiae, quae solis obscuratione contrahitur, ignis suffitu multiformiter auxiliari certum est. Empedocles et Hippocrates id monstravere diversis locis* **), in

*) Hunc locum a Platone Phaedr. p. 229 C cum leni irrisione respectum esse vult Welckerus nouv. annal. de l'Inst. archéol. Sect. Franc. t. II p. 366 (cf. opusc. t. III p. 60): sed dubitandum annon id, quod nunc a totius corporis connexu decerptum inque capite singularis fragmenti positum vocabulum *φάρμακα* facile nostrum animum advertit, Platonis aequales, qui totum carmen legerent, ne fugeret, sat distincte illic significatum sit.

**) Eundem Plinium XXIX, 3 (*alia factio ab experimentis se cognominans Empiricen coepit in Sicilia ab Acrone Agrigentino, Empedoclis physici auctoritate commendato*) in animo habuisse Empedoclis nomini assignatum epigramma Diog. VIII, 65 (*πάλιν δ' Ἄκρωνος τοῦ ἰατροῦ*

quibus tamen de ignis remedio quae narrat, nescio an Empedoclis cum Acronis nomine commiscuerit, qui Athenis fuisse ibique pestem ignis vi repulisse perhibetur (Plut. de Is. et Os. p. 383). Sed si maxime tale quiddam legit Plinius apud Empedoclem, memoratur ex huius carmine physico tam subtilis rerum ad ipsam artem medicam spectantium scientia et cognitio (v. praeter alia Plut. plac. phil. lib. IV et V), ut ne illud quidem ab huius carminis argumento abhorruisse dicen-

---

τόπον αἰτοῦντος παρὰ τῆς βουλῆς εἰς κατασκευὴν πατρῴου μνήματος διὰ τὴν ἐν τοῖς ἰατροῖς ἀκρότητα, παρελθὼν ὁ Ἐ. ἐκώλυσε, τά τ' ἄλλα περὶ ἰσότητος διαλεχθεὶς καί τι καὶ τοιοῦτον ἐρωτήσας· τί δ' ἐπιγράψομεν ἐλεγεῖον; ἢ τοῦτο;)

Ἄκραν ἰατρὸν Ἄκρων Ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου
κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης,

scite observavit Casaubonus ad l. Sed huius distichi per se satis insulsi atque aperte ad similitudinem eius adnominationis, qua lusum est principio *καθαρμῶν*

352 *ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος*
ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλευς,

ficti, augetur originis suspicio narratiunculae praemissae putida fatuitate, quae post illius demum fabricationem a nescio quo homunculo assuta videtur. Quo cum accederet posterioris versus duplex recensio (*τινὲς δὲ τὸν δεύτερον στίχον οὕτω προφέρονται, ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει*) auctorisque incertitudo (*τοῦτό τινες Σιμωνίδου φασὶν εἶναι*), non dubitavi a fragmentorum corpore recidere. Nec lenius iudicandum de epigrammate tum Empedocli tum Simonidi ascripto:

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον Ἀγχίτεω υἱὸν
φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα,
ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
φῶτας ἀπέστρεψεν Φερσεφόνης ἀδύτων,

quod, sive cum Diogene *ἔθρεψε* sive cum Anthologia Palatina *ἔθαψε* legitur, non potest non in mortui Pausaniae memoriam compositum esse, quem scilicet Heraclides Ponticus, Hippobatus et Timaeus (Diog. VIII. 68. 69. 71) Empedocli superstitem fuisse indicant (cf. Bergk. comment. de Emped. prooem. p. 8 n.) — Ceterum Plinio ne de medicorum historia fidentius credas monet exemplum Epicharmi, quod tractavit Welcker. opusc. I p. 349.

dum sit. Etsi porro hoc ingenio tam multiplici ac praesertim oratori concedimus, ut in re tenui ac ieiuna ad prosae orationis exilitatem descenderit, testimoniorum tamen de eiusmodi libro paene defectus acrem inicit suspicionis scrupulum, fabricatisque id genus libris illustribus nominibus inscriptis Ptolemaeorum aetatem, qua confectae sunt, unde Diogenes Suidasque hauserunt, tabulae s. *πίνακες*, tam luxuriose floruisse scimus e Galeni querimoniis (v. Ritschelium l. l. p. 20 n.), ut ne in hac re quidem omnem dubitationem possimus dimovere. Heraclides certe Ponticus non tam longinque petiisset argumentum, quam Diogene teste VIII, 61 (*τὴν γοῦν ἄπνουν ὁ Ἡραλείδης φησὶ τοιοῦτόν τι εἶναι, ὡς τριάκοντα ἡμέρας συντηρεῖν ἄπνουν καὶ ἄσφυκτον τὸ σῶμα· ὅθεν καὶ εἶπεν αὐτὸν* (*Ἐμπ.*) *καὶ ἰατρὸν καὶ μάντιν, λαμβάνων ἅμα καὶ ἀπὸ τούτων τῶν στίχων*, — vss. 352 sqq. edit. meae) fecit, ut et medicum et vatem demonstraret Empedoclem fuisse, si extitisset tum medici generis inscriptus illius nomini liber. At enim hic ipse Heraclides in libro, quo de femina per multos dies ad mortis similitudinem iacente exposuerat *), talem feminam in vitam

---

*) Diog. VIII, 67: *Ἡρακλείδης τὰ περὶ τῆς ἄπνου διηγησάμενος, ὡς ἐδοξάσθη Ἐ. ἀποστείλας τὴν νεκρὰν ἄνθρωπον ζῶσαν, φησὶν κτλ.* 60. *Ἡρακλείδης ἐν τῷ περὶ νόσων φησὶ καὶ Πανσανίᾳ ὑφηγήσασθαι αὐτὸν τὰ περὶ τὴν ἄπνουν.* 51. *Ἡρακλείδης ἐν τῷ περὶ νόσων, ὅτι λαμπρᾶς ἦν οἰκίας κτλ.* Unde fuerunt qui duobus in libris concluderent Heraclidem de Empedocle medico egisse. Heraclidis enim libri *περὶ ἄπνου* certa memoria est Plin. VII, 52 *huc pertinet nobile illud apud Graecos volumen Heraclidis septem diebus feminae exanimis ad vitam revocatae*, Galen. de loc. aff. VI, 5 *ἐπιγέγραπται γοῦν τὸ βιβλίον Ἄπνους Ἡρακλείδου*, Diog. I, 12 *Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ τῆς ἄπνου*, Orig. adv. Cels. 2, 16 *τὰ περὶ τῆς παρὰ τῷ Ἡρακλείδῃ ἄπνου*. Ac mirum profecto si Heraclides eam rem, cui singularem librum destinasset, altero etiam libro similiter tractasset: ut recte reiecisse dicendus sit Deswert (dissert. de Heracl. Pont. p. 89) Petiti Menagiique opinionem librum *περὶ ἄπνου* Pausaniae donantium, non item Casauboni, qui duos illos libros *περὶ ἄπνου* et *περὶ νόσων* unum eundemque esse coniecerat. Huius certe libri praeter allatos Diogenis locos una etiam reliqua memoria, id. V, 87 (in catalogo Heraclidis

revocasse narraverat Empedoclem de eaque exposuisse (ὑφηγήσασθαι) familiari suo Pausaniae: unde profectus possis respexisse aliquem illius librum putare Heraclidem, cumque nullus eiusmodi rei exponendae cogitari possit aptior locus quam de re medica commentatio, fuisse hunc librum λόγον illum ἰατρικὸν concludere. At peculiari libro exposuisse Empedoclem Pausaniae exanimis feminae sanationem, neque e Diogenis verbis (καὶ Παυσανίᾳ ὑφηγήσασθαι αὐτὸν τὰ περὶ τὴν ἄπνουν) probabiliter effici potest, nec omnino verisimile est, quando idem Heraclides ap. Diog. VIII, 67 narrat, Empedoclem, postquam feminam in vitam restituisset ideoque omnium ore celebraretur, instituisse cum Pausania aliisque amicis sacrificium ac deinde nocturno tempore ex eo consessu subito factum esse evanidum. Quam historiolam quamvis propter credulitatem infamis Ponticus non proposuisset profecto, si ante oculos habebat, qui post illam sanationem conscriptus esset, librum. Sed morbum illum curiose tractans arripuit nescio unde tanquam illustre atque fama celebratum exemplum medelam ab Empedocle factam, quam eandem quamvis modestiorem retulit Hermippus Diog. VIII, 69 (Ἕρμιππος δὲ φησι Πάνθειάν τινα Ἀκραγαντίνην ἀπηλπισμένην ὑπὸ τῶν ἰατρῶν θεραπεῦσαι αὐτὸν καὶ διὰ τοῦτο τὴν θυσίαν ἐπιτελεῖν). Pausaniae autem potissimum unde colligeret eam artem traditam esse, videor mihi idoneum invenisse locum, si quidem versibus quos supra descripimus (24—32) poeta nequaquam se palam profitetur propositurum artium, quas enumerat, rationes, sed seponit eas uni suo amico (ἐπεὶ μούνῳ σοὶ ἐγὼ κρανέω τάδε πάντα) impertiendas, callide sic lectoribus cupidam mirabilium expectationem eximens (quam cum ne nos quidem retinendam arbitraremur, non fuit cur eos versus a physicis relegaremus): ultimus autem versus (ἄξεις

scriptorum) αἰτίαι περὶ νόσων α', quae verba intolerabili stribligine laborare nemo animadvertit. Iam cum in eo catalogo desit prorsus libri περὶ ἄπνου mentio, certam hanc accipe emendationem: Ἄπνους ἢ περὶ νόσων.

δ' ἐξ Ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός) haud obscuram illius medelae significationem continet, quam si Ponticus ipse e peculiari Empedoclis libro didicisset, absurde profecto Pausaniae disciplinam commemorasset. Huic autem cum missum esse carmen physicum constet (v. infra), novum iam subnascitur argumentum, cur versibus illis in hoc carmine recte vindicasse sedem videamur *).

Iam eo devenimus, quo summam huius disputationis direximus. 'Nam *carmen physicum* quaeque vocantur *lustralia*, quorum tantum tituli in Diogenis Suidaeque catalogis extant, ea fuisse in vulgus notum est, quibus philosophus sua de rebus divinis humanisque vel suo ingenio inventa vel ex aliorum inventis conformata consignavit. Deque his non exiguus est vel testimoniorum vel fragmentorum numerus, ut, cum antea inter suspicionum coniecturarumque incertos fines vagandum fuerit, hic iam firmioribus in fundamentis strui argumenta sperare liceat. Quo magis mirere, quantam sibi in hoc loco indulserint quidam licentiam. Velut nescio unde oriundus de *φυσικῶν* et *καθαρμῶν* nulla nisi titulorum diversitate rumor in plerosque eorum, qui de historia philosophiae generatim scripserunt, libros irrepsit, cum incredibili quodam omnis doctrinae Empedocleae recte cognoscendae detrimento. Cui tamen rumori aliqua saltem ex parte fulciendo nil fere potest admoveri nisi Diogenis amborum carminum singularis quaedam copulatio: at huius cum plures possint excogitari rationes, tum isti interpretationi infimus vix locus largiendus est. Quae olim cum mihi quoque mirificet placeret omniaque tentarem, ut mihi ipsi probarem, nunc, postquam ea spe prorsus frustratus sum, penitus relinquendam esse mihi per-

---

*) Sturzius eumque secuti Karstenius et Bergkius nimium tribuerunt eis, quae Iriarte catal. Matrit. p. 450 de codice quodam narravit, in quo praemisso hoc titulo: *Ἐμπεδοκλῆς Παυσανίᾳ ὑφηγήσατο τὸ ἄπνουν*, descripti sunt novem illi versus. Nil amplius Empedocleum continere eum codicem miscellaneum sat aperte indicat Iriarte, haec autem ipsa descripta esse de Diogene, verba docent.

suasi. Memineram enim, sicuti fortasse alii, Heracliti Philolaique περὶ φύσεως libros huius Βακχῶν, illius Μουσῶν cognominibus circumlatos esse: at haec similitudo tam praeclaram adiunctam habet dissimilitudinem, ut officiat potius isti opinioni quam proficiat. Quae quamvis exiguis ac paene nullis probabilitatis niteretur argumentis, hoc tamen effecit, ut lustralia aut cautius silentio praetermitterentur, aut obiter tangerentur, aut qui, velut Ulrici (hist. poes. gr. t. II. p. 251 sq.) copiosius tractare viderentur, de genere nonnulla dissererent, singula neglegerent.

Diogenis catalogus, desumptus, ut dixi, Alexandrini cuiusdam ἀναγραφῇ, sic accipiendus est, ut aut ambo carmina unius voluminis ambitu comprehensa aut certe versuum numeri in unum conflati in tabulas relati esse dicantur: dum contra Suidas tali tabula usus sit necesse est, quae unica φυσικὰ notata contineret: uterque autem quod ab illis ἰατρικὸν λόγον segregat, non obest huic explicationi, sed de eius origine suspicionem auget. Plenior vero dubitandi materies in eo esse videtur, quod, cum Diogenes ambo carmina quinque milium versuum numero complectatur, Suidas alteri eique, ut credibile est, maioris et ambitus et dignitatis tresque per libros pertinenti duo tantum versuum milia tribuit. Sensit hoc Bergkius (comment. de Emp. prooem. p. 9) et probabiliter a mendi facilitate Suidae restitui τετρακιςχίλια iussit: quae tamen emendatio, cum nihil praeterea eum potissimum numerum commendet, quoniam ad disputationis omnino robur non valet, in medio relinquatur.

Atque φυσικῶν in tres libros distributio quamquam, ut fere hoc in genere, grammaticorum accepta refertur diligentiae, confirmaturque cum Suidae testimonio tum Plutarchi, Simplicii, Ttetzae in citandis versibus formulis (v. ad vss. 36. 60. 199, 262, 250): non defuisse tamen iam antea discernendi singulas partes rationem, colligendum ex Arist. phys. II, 4 (v. ad vs. 167). Prius autem esse haec quam καθαρμοὺς elaborata cum e Diogenis verbis suspicari licet, tum ex interiore utriusque carminis indole alias copiosius tractanda

potest probari; possitque huc valere, quod Aristotelis dictum (metaph. I, 3 *Ἀναξαγόρας δὲ ὁ Κλαζομένιος τῇ μὲν ἡλικίᾳ πρότερος ὢν τούτου (Ἐμπεδοκλέους), τοῖς δ' ἔργοις ὕστερος*) non improbabiliter sic interpretantur, ut Empedoclem posterius natum esse, doctrinam autem prius quam Anaxagoram exposuisse dicant: quod cum ad physica tantum pertinere appareat, sequitur ut ea a iuvene philosopho conscripta sint: nam hoc in lustralia non convenire, cum multa alia indicant, tum quae in eorum prooemio (vss. 353 sqq.) gloriae iam consummatae inest iactatio. Physica porro ex omnibus Empedoclis operibus gravissimum esse, totius antiquitatis consentitur vox, utque ea intellegenda sunt, sicubi universe de eius poesi aut philosophia sermo est, ita ad haec fragmentorum pars maxima pertinet. Quamdiu autem in hominum manibus fuerint, non licet certo definire; Simplicius quidem tota se legisse cum crebritate ac varietate laudatorum versuum probat, tum significat ad vs. 217: nisi fortasse cum Prellero (diurn. antiq. Darmst. 1837 p. 154) chrestomathia illum quadam ad philosophorum veterum studia composita usum esse statuere velis. Chrysippus certe eum in modum libros suos cuiuscumque generis locis e poetis et scriptoribus excerptis refersit, ut mox ob hanc utilitatem in scholarum usum devenirent (v. Krische Forschungen auf dem Gebiete der alten Philosophie p. 480); inter eosque poetas ne nostrum quidem defuisse efficitur e Galen. Hipp. plac. III, 3. p. 118 *ὥςπερ γὰρ ἐξ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου βραχέα παρεθέμην ὧν ὁ Χρύσιππος ἔγραψεν, οὕτω ἐξ Ὀρφέως καὶ Ἐμπεδοκλέους καὶ Τυρταίου καὶ Στησιχόρου καὶ Εὐριπίδου καὶ ἑτέρων ποιητῶν ἐμῶν μνημονεύει παμπόλλων*, ib. p. 120 *ἐμπλήσας ὁ Χρύσιππος ὅλον τὸ βιβλίον ἐπῶν Ὁμηρικῶν καὶ Ἡσιοδείων καὶ Στησιχορείων Ἐμπεδοκλείων τε καὶ Ὀρφικῶν*: quibuscum locis conferas Cic. de nat. deor. I, 15, 41 (de Chrysippo) *et haec quidem in primo libro de natura deorum: in secundo autem vult Orphei, Musaei, Hesiodi Homerique fabellas accomodare ad ea, quae ipse primo libro de deis immortalibus dixerat: ut etiam veterrimi poetae, qui haec ne suspicati quidem sunt, Stoici fuisse vi-*

deantur: unde simul non dubitasse illum in suum quaeque sensum deflectere patebit (v. Krische l. d.); quod moneo ne, cum physicarum rerum explicationes a serioris aetatis scriptoribus saepissime esse e Stoicorum commentariis petitas constet, ne tali igitur auctoritati severiore nos religione adstringamus.

Quominus autem iam nunc de fragmentis, quae e physicis esse videantur, disponendis liquido possimus agere itemque lustralium rationes exponere, impedit singularis quaedam fragmentorum conditio: quod cum utriusque carminis non sat adcurate dispararent editores argumentum et formam, verum temere miscerent, evenit ut diversissima quaeque conglutinarentur. Quem in locum non leve ex errore illo de carminum unitate supra reiecto redundare debuisse detrimentum quisquis videt. Et de physicis non esset ulla haesitandi occasio, nisi, quo ea necessitudinis vinculo lustralibus continerentur, non vagus magis incertusque obtineret rumor quam definita sententia. Haec enim, quae titulo ad mysticas vel caerimonias vel doctrinam pertinere videntur, ita testimoniorum praesidio destituta sunt, ut nisi e fragmentis nil fere possit de eis affirmari. Quae quidem (ut ne hanc quidem erroris illius partem intactam relinquamus) manifestissime apparet non fuisse physicorum librum tertium, quem de rebus divinis fuisse et constat et magis etiam alias probabile fiet. Illorum, ut alia mittam, etiam nunc id prooemium superest, quod non possit nisi in carminis principio collocatum fuisse: huius vero libri qui principem locum obtinuerunt versus, nuper autem demum in lucem prodierunt (338—341) non posse ulla machina cum illorum forma consociari mox elucebit. Iam eos locos componamus, qui in veteribus scriptis lustralium memoriam continent, exclusis vel dilatis potius, quicunque obscuram quandam atque interpretando demum eruendam significationem eorum habere videntur. A Platone et Aristotele, apud quos Empedoclis nomen perfrequens, ne nominantur quidem, Heraclides autem Ponticus (Diog. VIII, 61) principium attulit, ut medicum vatemque inde

demonstraret fuisse Empedoclem; idem, ut videtur, et Phavorinus (ib. 63 αὐτοὺς δὲ τούτους τοὺς Καθαρμοὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ διαῤῥαψῳδῆσαι λέγεται Κλεομένην τὸν ῥαψῳδόν, ὡς καὶ Φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονεύμασι) a Cleomene rhapsodo pronuntiata esse Olympiae retulerunt, cui rei fides cum Xenophanis similitudine (v. Karsten. Xenoph. p. 11) tum Dicaearchi testimonio (Athen. XIV, 3 p. 620 τοὺς δὲ Ἐμπεδοκλέους Καθαρμοὺς ἐῤῥαψῴδησεν Ὀλυμπίασι Κλεομένης ὁ ῥαψῳδός, ὥς φησι Δικαίαρχος ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ) conciliatur; Appuleius porro Apol. p. 291 magiae fuisse suspecta tradit, cui addendus Cedrenus t. I p. 157 τερατολογίας eis tribuens; Philostratus appellavit ὕμνους ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπου ἔσοιτο v. Apoll. 8, 7, 6 (cf. vs. 355) composuitque cum Pythagorae lustralibus (6, 5, 34 ὅσα Ἐ. καὶ Πυθαγόρας ὑπὲρ καθαρσίων νομίζουσι); Theo denique Smyrnaeus in exponenda numeri septenarii natura τὸ γοῦν βρέφος, inquit, δοκεῖ τελειοῦσθαι ἐν ἑπτὰ ἑβδόμασιν, ὡς Ἐ. αἰνίττεται ἐν τοῖς καθαρμοῖς, quem errore inductum pro φυσικοῖς nominasse καθαρμοὺς e Plutarchi physica decreta referentis plac. phil. V, 21 efficies. Vides qua testimoniorum et paucitate et exilitate haec quaestio laboret, in quibus cum acquiescerent, qui eam nuper tractarunt *), vagarum opinionum non transgressi sunt infirmitatem. Quapropter nullam perdemus operam illorum de hoc loco sententias enarrando, hanc unam viam rati salubrem, ut, inventa certa norma et regula, qua fragmentorum farraginem possimus discernere atque inter ambo carmina distribuere, tum denique de argumento, consilio, forma utriusque integram institueremus disputationem. Atque illud nunc perfungar, ne rationi nostrae disponendi omne desit praesidium: hoc non segregandum a doctrinae enarratione propediem persequemur.

Disputandi autem initium ut a certa re sumere possimus, percommode accidit, quod lustralium principium non pau-

---

*) Mullachius, quem de prooemio Empedoclis proximo anno commentationem edidisse audivi, quid de hac re iudicet, quia illam non attigi, nescio.

corum versuum adhuc extat (Diog. VIII, 54 et 63, v. ad vss. 352 sqq.). Hos enim *καθαρμοὺς* (ut nomen teneam, quod ab ipsone poeta profectum sit recte dubitari potest) non ad aliquos suos amicos misisse Empedoclem, verum ad civitatem Agrigentinorum, statuendum sane cum Karstenio. Nam eius civitatis vetustam hospitalitatis laudem efferens, ad eam omnino dirigit vs. 354

ξείνων αἰδοίων λιμένες.

Nec videtur sat commode Olympiae id carmen recitari potuisse, quod ad duos tresve homines scriptum esset. Verba autem (vss. 352. 53)

ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
ναίετ' ἀν ἄκρα πόλευς

cum aliunde tum ex noto Aeneidis versu III, 703

Arduus inde Acragas ostentat maxima longe
Moenia,

explicationem accipiunt, composito cum Diod. Sic. XIII, 84 (*κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὸν χρόνον Ἀκραγαντῖνοι μὲν ἦσαν πλείους τῶν διςμυρίων, σὺν δὲ τοῖς κατοικοῦσι ξένοις οὐκ ἐλάττους τῶν εἴκοσι μυριάδων*, cf. Diog. VIII, 63): unde et hospitum tam grandem numerum circumsedisse ipsam urbem in colle sitam (*ἄκρα πόλευς*) credibile fit, et perspicitur cur tam curiose civium sedes descripserit poeta. Contra in physicis praeter Pausaniam (Diog. VIII, 60 *ἦν δ' ὁ Παυσανίας, ὥς φησιν Ἀρίστιππος καὶ Σάτυρος, ἐρώμενος αὐτοῦ, ᾧ δὴ καὶ τὰ περὶ φύσεως προςπεφώνηκεν οὕτως,*

Παυσανία, σὺ δὲ κλῦθι δαΐφρονος Ἀγχίτου υἱέ)

alterum aliquem compellatum esse a poeta, cave credas Bergkio (p. 11): quippe e quibus quotquot vel diserte afferuntur a scriptoribus fragmenta vel consentaneum est fluxisse, ea et crebram et constantem unius personae appellationem produnt. Neque enim quae in eo versu, quo Diogenes testatur poetam allocutum esse Pausaniam, inexpectata occurrit particula *δέ*, eius usus inter tam angustos fines concludendus est quam Bergkius voluit, Porsoni ad Eurip. Orest. 614 (*cum subito*

sermonem ad alium ab alio convertimus, primo nomen ponimus, deinde pronomen, deinde particulam) auctoritate nixus, ne volentis quidem totam rem complecti. Atque quid tandem prohibet, quominus illo versu simili modo nonnullos exceptos esse dicamus, quo (ut e multis illustre exemplum promam) Promethei Aeschyleae primos duos tertio? Nam ne eum versum praemittamus, quem a Hippoboto Empedocli tributum esse Diogenes notat VIII, 43 Ἱππόβοτός γέ τοί φησι λέγειν Ἐμπεδοκλέα

Τήλαυγες, κλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγόρεώ τε,

vel temporum ratio dissuadet, qua Telaugem vix superstitem credibile fuisse, nedum iuvenem (κοῦρον) tum cum Empedocles de rebus physicis canere coepit. Nec magis verum aut dubitatione carens, quod, cum nusquam per totum fragmentorum corpus duarum pluriumve personarum compellatio, sed constans unius obvia esset, praeeunte Sturzio p. 538, Bergkius id excusare studuit Archestrati obscuri poetae gastronomici exemplo (p. 11), cuius exempli et raritas et novitas a comparando debebat deterrere. Verum ut admittamus hoc argumentandi genus valde lubricum: quicquam inde ad nostram quaestionem effici posse, id vero nego. Duobus quidem amicis Archestratus carmen suum de gastrologia misit: cuius quae Athenaeus servavit fragmina, eorum septem argumentationis suae fundamentum esse voluit Bergkius: quibus cum ad unum amicum sermonem converti videret, iure scilicet suo inde conclusit similiter nostrum, qui *semper* unum appellaret, carmen duobus nominibus inscripsisse. At ex illis septem exemplis tria ita sunt comparata, ut compellati amici adiunctum habeant nomen *): in quo nihil opinor, novi aut

---

*) Athen. III p. 111 F:

πρῶτα μὲν οὖν δώρων μεμνήσομαι ἠϋκόμοιο
Δήμητρος, φίλε Μόσχε, σὺ δ' ἐν φρεσὶ βάλλεο σῇσιν:

ubi quod legitur post nomen personale σὺ δέ, accedit idoneum exemplum eis quae supra de hoc usu diximus.

inauditi; duo autem compellationis formulam vel hanc: *φίλη κεφαλή* vel hanc: *ἑταῖρε* exhibeant *); in uno porro a formula *ἑταῖρε* transitus fiat ad alterius amici nomen pronuntiandum **). Atque tam exiguo versuum numero cum consilium poetae patefiat discernendi, ad utrum dirigere velit orationem: quo hoc casu factum credemus, ut in versibus amplius trecentis, cum saepissime ad unam personam se accomodaret oratio, nusquam ulla vel minima notula significaretur, uter e duobus amicis esset intellegendus? Erravit profecto qui hoc sibi persuasit aliisque persuadere studuit: nec errasse eum tot verbis docuissem, nisi eo errore omnem distribuendi rationem pessumdari viderem.

Quodsi pusillae rei longiore expositione adepti sumus non aut fallacem notam aut obscuram, qua ambo carmina ita possimus discriminare, ut, qui versus plurium hominum appellationem continent, eos ad lustralia, qui unius, ad physica referamus: non licet tamen prius progredi, quam aperuerimus alterum errorem, qui cum errore de pluribus per physica compellatis personis coniunctus est. Quem a superioribus acceptum Bergkius

---

Id. VII p. 278 B:

> *εἰ δ' ἐθέλεις καὶ τοῦτο δαήμεναι, ὦ φίλε Μόσχε,*
> *ὄντινα χρή σε τρόπον κείνην διαθεῖναι ἄριστα.*

Id. VII p. 301 D:

> *καὶ λεβίαν λαβέ, Μόσχε, τὸν ἤπατον ἐν περικλύστῳ*
> *Δήλῳ καὶ Τήνῳ.*

*) Id. VII p. 310 A:

> *ἄλλο δ' ἐκεῖσε, φίλη κεφαλή, μηδὲν προςενέγκῃς.*

Id. VII p. 511 A:

> *ἐκεῖνοι δ' εἰσίν, ἑταῖρε,*
> *τὴν ἀρετὴν θαυμαστοί*

**) Id. VII p. 322 C:

> *αὐτὰρ τὸν σινόδοντα μέν, ὃν ζήτει παχὺν εἶναι,*
> *ἐκ πορθμοῦ δὲ λαβεῖν πειρῶ καὶ τοῦτον, ἑταῖρε·*
> *ταῦτα δὲ πάντα κυρῶ φράζων καὶ πρὸς σέ, Κλέαινε.*

fovit ac propagavit. Res autem haec est. Meminerant scilicet Parmenidem, quem maxime sibi exprimendum delegisse fertur Empedocles, carmen suum *περὶ φύσεως* ita instituisse, ut in prooemio divinarum virginum ope evehi se curru ad deae, ut videtur, veritatis templum fingeret, ab ea benigne ac comiter excipi summaeque sapientiae decreta ita edoceri, ut praeter prooemium totum carmen deae ore funderetur, ipse docilis auditor illius suadelam auscultaret. Iam in nostri de simili re carmine obvia Musae imploratio (vss. 13—15), ad quam a ceterorum deorum supplicatione (vss. 11. 12) conversus petit, ut concedat sibi ea pronuntianda, quae humanas aures deceant, utque talia ipsa currus divina auriga a Verecundia advehat. Vides, opinor, quam omnia praeclare concinant: nam, ut cetera discrepent, currus certe adest nec potest sine divini itineris consilio adesse. Parmenides quidem deae suae maiestatem non detrusit ad rhedariae ministerium, neque eam invocavit, ut vulgus poetarum, sed divino quodam impetu ad sedem eius sublatus est; nec vero admiscuit amici amicorumve ab ipso appellatorum personas, ut saepe haesitares, cuius ex ore exciperes orationem quove ea dirigeretur. At enim argutiora ista: potuit enim poeta aliquanto a Parmenidis similitudine deflectere et debebat, ne pressius aliena vestigia legisse videretur. Nec repugno, dummodo, quam tu poetae impingis Musae larvam, ne ille inopinato excutiat. Etenim (ut tandem serio loquar) accidit viris egregiis, quo valde dubito an quicquam lepidius in hoc genere potuerit accidere. Res ipsa quidem post inventos nuperrime in Hippolyti *αἱρεσέων ἐλέγχῳ* hos versus (338—341)

εἰ γάρ ἐφημερίων ἕνεκέν τί σοι, ἄμβροτε Μοῦσα,
ἡμετέρης ἔμελεν μελέτας διὰ φροντίδος ἐλθεῖν,
εὐχομένῳ νῦν αὖτε παρίστασο, Καλλιόπεια,
ἀμφὶ θεῶν μακάρων ἀγαθὸν λόγον ἐμφαίνοντι,

non iam esse dubia potest: quippe quibus poeta quam sibi partem quamque Musae delegerit, luce clarius fiat. Sed ne antea quidem fuit ullus ambigendi locus. Non urgeo, quod vss. 56. 333. 344 sq.

ὡς δὲ παρ' ἡμετέρης κέλεται πιστώματα Μούσης.
γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ.
οὐκ ἔστιν πελάσασθ' οὐδ' ὀφθαλμοῖσιν ἐφικτὸν
ἡμετέροις ἢ χερσὶ λαβεῖν κτλ.

non possunt non a mortali dicti esse.

At quo tandem sexu quave naturae foeda ambiguitate putas doctam istam Musam fuisse, a qua vel hunc versum

43 *δυςδαίμονα πότμον,*
ἣ θέμις ἐστί, καλοῦσι, νόμῳ δ' ἐπίφημι καὶ αὐτός,

pronuntiatum esse dictitant, vel hunc

58 *κορυφὰς ἑτέρας ἑτέρῃσι προςάπτων,*

vel hunc

ὡς γὰρ καὶ πρὶν ἔειπα, πιφαύσκων πείρατα μύθων,

vel denique hunc

170 *τὸν πρότερον κατέλεξα, λόγῳ λόγον εἰςοχετεύων.* —

Non reveniet, spero, Musa magister.

Inventa igitur *externae formae* nota, non potest iam cum de multis versibus dubitari, quin a lustralibus seiungendi sint (nam in physica, quoniam eorum argumenta aliunde constant, minor huius quaestionis pars cadit) tum de nonnullis versibus, quin huc pertineant, velut de vss. 366—68, 428. 29, 440—43, 445. 46. Verum quando non omnia fragmenta eam notam impressam habent, longius etiam progrediendum circumspiciendumque est, ut iam *argumenti* aliquam cognationem enucleemus, cuius necessitudine, quot fragmenta ad *lustralia* pertineant, comprehendere possimus. Nam de physicis ne hanc quaestionem instituamus cum spatii angustiae, tum hoc inprimis deterret, quod, quae intra eorum fines cadere possint necne, propter ipsorum amplitudinem non licet liquido affirmare. At lustralium argumentum et consilium multo angustius definitiusque fuisse, nostro iure expectamus: quamquam id tam incertum adhuc nullaque a parte stabilitum vagatur, ut, cum de singulari quadam re fuisse consentaneum sit, ne multa temptando a re ipsa aberremus, sit metuendum.

Quae cum ita se habeant, percommode cecidit, quod vss. 352—63 eius carminis fuisse principium illustribus testimoniis compertum habemus (Diog, VIII, 54, 61). Inde igitur exordium disputandi ducendum est. Profitetur eis se poeta ac gloriatur non iam inter mortalium gregem numerari iamque ad dei dignitatem evehi. Quod non de vana lymphataque hariolatione, sed de certae doctrinae persuasione interpretandum esse, docent Plut. de Is. p. 361 *Ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ δίκας φησὶ διδόναι τοὺς δαίμονας ὧν* (add. *ἂν*) *ἐξαμάρτωσι καὶ πλημμελήσωσιν. Αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος κτλ.* (vss. 377—80) *ἄχρις οὗ κολασθέντες οὕτω καὶ καθαρθέντες αὖθις τὴν κατὰ φύσιν χώραν καὶ τάξιν ἀπολάβωσι.* Clem. Al. strom. p. 632 Pott. *φησὶ δὲ καὶ Ἐ. τῶν σοφῶν τὰς ψυχὰς θεοὺς γίνεσθαι, ὧδέ πως γράφων.* (vss. 447—49) id. p. 722 *ἢν δὲ ὁσίως καὶ δικαίως διαβιώσωμεν, μακάριοι μὲν ἐνταῦθα, μακαριώτεροι δὲ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν οὐ χρόνῳ τινὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἔχοντες, ἀλλὰ ἐν αἰῶνι ἀναπαύεσθαι δυνάμενοι· ἀθανάτοις ἄλλοισιν κτλ.* (vss. 450. 51) *ἡ φιλόσοφος Ἐμπεδοκλέους λέγει ποιητική.* Stob. Ecl. phys. I, 3, 62 *καὶ θείας μὲν οἴεται* (*Ἐμπεδοκλῆς*) *) *τὰς ψυχάς, θείους δὲ καὶ τοὺς μετέχοντας αὐτῶν καθαροὺς καθαρῶς.* Quibus e locis, ubi attendas sis verba ipsa ad *καθαρμοὺς* spectare, cum causa patet, cur se rediturum sperarit Empedocles ad deorum daemonumque concilium, vita nempe incontaminata vel certe a vitiis avocata: tum sat aperte indicatur, propter scelera quaedam daemones a divinis sedibus detrusos tam diu in terris vagari, dum et scelerum poenas luerint et purgationes confecerint. A principio igitur carminis ita progressus sit poeta necesse est, ut, quo olim deorum fato quoque flagitio in has terrestris vitae sordes atque angustias delapsus, tum demum post multiplices ca-

*) De eo loco foede corrupto quid sentiam, alibi exponam: nunc tantum inter omnes, qui eum tractarunt, constat, excidisse Empedoclis nomen, verba autem allata nulla macula infecta esse, v. Krische Forschungen p. 123.

stigationes ad dei rursus locum se enixurum esse narraret. Hierocles in carm. aur. p. 254 κάτεισι γὰρ καὶ ἀποπίπτει τῆς εὐδαίμονος χώρας ὁ ἄνθρωπος, ὡς Ἐ. φησὶν ὁ Πυθαγόρειος,

381 φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης
νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος.*)

Ἄνεισι δὲ καὶ τὴν ἀρχαίαν ἕξιν ἀπολαμβάνει, εἰ φύγοι τὰ περὶ γῆν καὶ τὸν ἀτερπέα χῶρον (vs. 385), ὡς ὁ αὐτὸς λέγει, ἔνθα φόνος κτλ. (vs. 386). Iam vero debebat aeterni illius fati necessitas exponi, qua animorum vitae regerentur: quod non potuit aptius fieri quam celebratis illis quatuordecim versibus (369—82), quos Sturzius ex parte, Karstenius, quamquam dissectos, cunctos physicorum caput, Bergkius autem prooemii physicorum partem posteriorem voluit esse, Panzerbieterus denique et discerpsit et huc illuc per eiusdem carminis particulas dispersit. Nec defuit duobus illis quo probabili uterentur sui ordinis praesidio. Namque Plutarchus de exilio p. 607 quinque ex illis versus afferéns sic praefatus est: ὁ δ' Ἐμπεδοκλῆς ἐν ἀρχῇ τῆς φιλοσοφίας προαναφωνήσας —, cuius testimonii vis tam aperta visa est, ut non iam, ubi essent hi versus collocandi, videretur haesitandum, omnemque potius lapidem moturi essent, quam ut de tanta auctoritate quicquam detrahi paterentur. Empedocles nimirum praefandi muneri ut satisfaceret, a daemonum animorumve caede pollutorum exiliis eorumque per corpora migrationibus profectus est ad rerum naturam subtiliter ac docte exponendam, postquam scilicet narraverat, quam flebili cum gemitu ac ploratu in tristem hanc speluncam descendisset quantaque cuiuscemodi malorum mole obrutus per vitae deserta loca erra-

*) Ut illustri exemplo doceatur ad qualia interpretationis monstra falsa fragmentorum dispositio possit illicere, apponam Panzerbieteri (Beiträge zur Kritik und Erklärung des Empedocles. 1844. p. 2) ad versus supra descriptos verba: *Offenbar nemlich liegt der Verstossung der Dämonen eine physische Ansicht zu Grunde: der Verstossene h o f f t auf den Streit und die durch dessen Herrschaft herbeigeführte neue Weltperiode.*

visset (Karst. p. 81). At vide quo haec opinio deduxerit. Karstenius quidem (nam Bergkius et Panzerbieterus nec voluerunt suos ordines Plutarchi verbis munire nec potuerunt) non sine rationis constantia adiunxit illis versibus prooemiique participavit vss. 436. 37, quibus esus animalium abhorretur, porro vss. 377—380, qui praeter elementorum praeposteram appellationem daemonum omnino fata continent similiter ac vs. 388: quae omnia ipse viderit, quam apte carmini physico praemissa sint, praesertim cum ipsius prooemii ea pars reliqua sit (vss. 1—23) nec ab ullo homine addubitata, quae, quale illius argumentum fuerit, non sinat ambigere. Conficitur autem res, si qua dubitatio resideat, eis quae Plutarchus versibus illis continuavit quaeque, quamvis monente Wyttenbachio opusc. t. II. p. 528 habere ea explicationem progressorum ductam ex ipsius Empedoclis aliis locis, vulgo parum attenderunt interpretes: *οὐχ ἑαυτὸν, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ πάντας ἀποδείκνυσι μετανάστας ἐνταῦθα καὶ ξένους καὶ φυγάδας ἡμᾶς ὄντας. Οὐ γὰρ αἷμα, φησίν, ἡμῖν οὐδὲ πνεῦμα συγκραθὲν, ὦ ἄνθρωποι, ψυχῆς οὐσίαν καὶ ἀρχὴν παρέσχεν, ἀλλ' ἐκ τούτων τὸ σῶμα συμπέπλασται, γηγενὲς καὶ θνητόν· τῆς δὲ ψυχῆς ἀλλαχόθεν ἡκούσης δεῦρο, τὴν γένεσιν ἀποδημίαν ὑποκορίζεται, τῷ πραοτάτῳ τῶν ὀνομάτων· τὸ δ' ἀληθέστατον, φεύγει καὶ πλανᾶται θείοις ἐλαυνομένη δόγμαι καὶ νόμοις· εἶτα, ὥςπερ ἐν νήσῳ σάλον ἐχούσῃ πολύν, καθάπερ φησὶν ὁ Πλάτων, ὀστρέου τρόπον ἐνδεδεμένη τῷ σώματι, διὰ τὸ μὴ μνημονεύειν μηδ' ἀναφέρειν,*

390 *ἐξ οἵης τιμῆς τε καὶ ὅσσου μήκεος ὄλβου*

μεθέστηκεν κτλ.: quibus perspicuum est, exposuisse Empedoclem suam de animarum natura, origine, fatis, immortalitate denique doctrinam si minus contrariam physicis ipsius rationibus, at certe a prooemiandi occasione prorsus abhorrentem. Nec iam diutius remorabuntur nos Plutarchi verba citantis, quippe cui tam de lustralibus quam de physicis licuerit *φιλοσοφίας* vocabulo uti, nec potius ab prooemio illo superbo ad Agrigentinos directo initium philosophicae expositionis repetere, quam ab ea

oratione, qua suo exemplo omnium poeta doceret animorum principia atque fortunas. Huc eodem porro referenda esse, quae de animorum in terris per multiplices formas migratione, de animalium nefasta caede, de poenis ac purgationibus, de reditu denique ad beatas deorum sedes harumque descriptione in fragmentis exponuntur, cum e locis allatis perspicitur, tum ut suo quisque iudicio existimare posset, curavimus adnotationibus.

Nam, ut iam disputationis calcem attingam, duo praecipue in hac fragmentorum recensione secuti sumus, primum ut quam certissime posset suo quodque fragmentum loco collocaremus: quod genus ut in singulis minutisque perdifficilem saepe habet defensionem pendetque a quodam ad totius carminis speciem conformato sensu, ita aedis instar partium mutuo nexu totiusque instaurati carminis convenientia ac consensu firmatur et commendatur; alterum autem emendandi munere continetur. Atque illius rei rationes a doctrinae enarratione non separandas mox copiosius exponemus: nunc tantum in adnotationibus dedimus, quantum ad iudicia facienda satis videretur; criticam autem partem ita tractavimus, ut apparatum, quem vocant, criticum quam possemus plenissime colligeremus, (quamquam, ne nos aliqua in commentariorum latebras abdita fugerint, nolumus praestare) quo cognosci posset, quo successu editores (*Bergkius* = B., *Karstenius* = K., *Panzerbieterus* = P., *Sturzius* = St. *)), quibus prae aliis adiungendus *Josephus Scaliger*, cuius emendationes saepe praeclarae partim in Henrici Stephani poesi philosophica legun-

---

*) *Th. Bergkii commentatio de prooemio Empedoclis.* 1839, quae 58 versuum continet recensionem: quo accedunt multae atque plerumque egregiae emendationes tum ibidem tum alibi propositae. — *Empedoclis Agrigentini carminum reliquiae. De vita eius et studiis disseruit, fragmenta explicuit, philosophiam illustravit Simon Karsten.* 1838. — *Beiträge zur Kritik und Erklärung des Empedocles, von Professor Panzerbieter.* Partic. I 1844, partic. II in diurn. antiqu. 1845 p. 883 sqq. — *Emped. Agrig. De vita et philosophia eius exposuit, carminum reliquias cet. collegit cet. Fr. G. Sturz.* 1805.

tur partim a Karstenio ex autographis Lugdunensibus publicatae sunt) quo successu igitur ei fragmenta multum inquinata ac corrupta emaculavissent, quae porro nobis vel suscipienda vel reicienda vel corrigenda reliquissent, quae denique aliorum feliciori acumini committenda essemus arbitrati. Quo in loco ut aliqua ex parte tutius ac fidentius agere possemus, fecit *Brandisii*, V. Cl., consolita comitas, qui, quas exemplari Simplicii physicorum quorundam codicum ab ipso inspectorum ascripserat lectiones, ut in nostrum usum converteremus, qua laetamur insigni benevolentia, concessit. Ut denique facilius pateret, quanto mea versuum dispositio a Karsteniana intervallo distaret, numeros illius dextro margini adieci.

EMPEDOCLIS FRAGMENTA.

αὐτὸ μόνον πεισθέντες, ὅτῳ προςέκυρσεν ἕκαστος
πάντοσ' ἐλαυνόμενος, τὸ δ' ὅλον μὰψ εὔχεται εὑρεῖν·
οὕτως οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν οὐδ' ἐπακουστὰ
οὔτε νόῳ περιληπτά. σὺ δ' οὖν, ἐπεὶ ὧδ' ἐλιάσθης,
πεύσεαι οὐ πλέον ἠὲ βροτείη μῆτις ὄρωρεν.

---

coniungenda. nihil enim ex veteri ordine amiserunt, sed tantum interrupta sunt verbis ipsius Sexti.' Scaliger ap. Stephan. poes. philos. p. 216. 2. στεινόποροι Prellerus secundum Theophr. de sens. c. 7. 3. Procl. in Tim. p. 175. δειλεμπέα cod. Ciz. (C Bekkeri), cod. Regim. (R), edit. Genev. (G) et (sine accentu) cod. Vratisl. (V). δείν' ἔπεα Procl. Stephan. δῆνε' ἔπειτα Scalig. δειλεμπῆα Fabric. (F.) δείν' ἔπεσον St. δειλ' ἔμπαια Emperius act. soc. gr. t. I p. 357 et B. δείν' ἔμπαια K. δειλ' ἔπεα τά τε Prellerus. 4. ita Scalig., ζωῆσι βίου CFRV ζώοισι βίου G, ἐν ζωοῖσι βίου Gataker ad M. Ant. X, 31. ζώουσι βίου Wyttenb. ad Plut. de Is. et Os. 360. ἀθροίσαντες CFR' (hic superscripto η) ἀθλήσαντες K. 5. Plut. de Is. et Os. p. 360 (sine auctoris nomine). 6. Diog. L. IX, 73. $\overset{\text{ο}}{\text{αὐτω}}$ R αὐτὸς C $\overset{\text{ον}}{\text{μόνω}}$ R. 7. παντός σ' C legebatur ἐλαυνόμενοι, quod trahebant ad πεισθέντες. Haec autem ratio et legendi et interpretandi displicebat propter proximum ἕκαστος et instans εὔχεται: cum vero requireretur vanitatis notio nec iam liceret eam ita invenire, ut οὕτως in αὔτως mutaretur, sicuti nonnulli decreverunt, et contra clamante proximo versu ad εὔχεται revelleretur: optimum visum supplere μάψ, qua emendatione spero omnem difficultatem evanuisse, cui ceteri sic studuerunt occurerre: τὸ δὲ λώϊον Scalig. pro librorum τὸ δὲ ὅλον, τὸ δὲ οὖλον ἐπεύχεται St. K. τὸ δ' ὅλον πᾶς εὔχεται B. 8. cum parte sequentis affert Diog. L. l. l., ubi tamen discernere nequeas versuine sit continuanda an verbis Diogenis vocula οὕτως, quam Plutarchi, apud quem eadem leguntur de aud. poet. p. 17, novissimus editor adiunxit versui. αὔτως K. οὐδ' ἐπιδ. B. 9. δ' addidit B. ὧδ' huc, v. vs. 391. (cf. Buttm. gr. gr. t. II p. 262 ed. sec. contra Hermann. opusc. t. I p. 340. Nitzsch ad Od. α, 181; Homero eum usum derogavit Aristarchus, v. Lehrs de Arist. stud. hom. p. 84 sq.) 10. pro librorum πεύσεαι, οὐ πλεῖόν γε βροτείη dedi Karstenii emendationem Sexti paraphrasi commendatam (nisi quod ille πλέον'). οὐ πλεῖόν γε βροτοῖς (vel βροτῶν) B., item Sextum ad suas partes vocans, ('possis etiam scribere οὐ πλέον ἦγε βρο-

* * *

ἀλλά, θεοί, τῶν μὲν μανίην ἀποτρέψατε γλώσσης,
ἐκ δ' ὁσίων στομάτων καθαρὴν ὀχετεύσατε πηγήν.
καὶ σέ, πολυμνήστη λευκώλενε παρθένε Μοῦσα,
ἄντομαι, ὧν θέμις ἐστὶν ἐφημερίοισιν ἀκούειν,
πέμπε παρ' Εὐσεβίης, ἐλάουσ' εὐήνιον ἅρμα·
μηδὲ μέ γ' εὐδόξοιο βιήσεται ἄνθεα τιμῆς
πρὸς θνητῶν ἀνελέσθαι, ἐφ' ᾧ θ' ὁσίης πλέον εἰπεῖν
θάρσεϊ καὶ τότε δὴ σοφίης ἐπ' ἄκροισι θοάζειν.
ἀλλ' ἄγ' ἄθρει πάσῃ παλάμῃ πῇ δῆλον ἕκαστον,

τείῃ'), οὗ πλείων γε Hermannus, ὃ πλεῖστόν γε βροτείῃ μῆτις ὄπωπεν P. 11. Sextus: καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἐπιπλήξας τοῖς πλέον ἐπαγγελλομένοις γιγνώσκειν, παρίστησιν ὅτι τὸ δι' ἑκάστης αἰσθήσεως λαμβανόμενον πιστόν ἐστι, τοῦ λόγου τούτων ἐπιστατοῦντος, καίπερ πρότερον καταδραμὼν τῆς ἀπ' αὐτῶν πίστεως. φησὶ γάρ. ἀπετρέψατε CGV corr. Scaliger. 12. ὀχεύσατε CGRV corr. Stephan. 14. ἐφ' ἡμερίοισιν G ἐφημέροισιν R ἐφημέρησιν C corr. Stephan. 15. interpunxi post Εὐσεβίης. Stephanus a πέμπε novam sententiam ordiri voluit: vulgo enim dubitatum quonam referendum πέμπε et παρ', unde fluxit Bergkii πέμπε δέ μ', cum Karstenio graviter post ἀκούειν distinguentis. εὐσεβίης vulg. 16. 17. Clem. Alex. strom. p. 628 Pott. vulgo σέ γ', quod K. loquendi vice subito ad Musam translata vel lacunae suspicione defendit, σύγ' B. τί μ' P. βιήσεαι B. 17. θνατῶν libri Sexti. ἀναδεῖσθαι B. ἐφωθοσίης CRV ἐφ' ᾧ θοσίης C ἐφ' ᾧ θώῃς G: veram lectionem dudum a Stephano inventam confirmat Clem. estque ea a Bergkio aliud olim coniectante (ἐφ' ᾧ θωή) nunc suscepta. Versu hoc concluserunt sententiam, excidisse nonnulles post eum statuendo K. et B. 18. (εἰπεῖν) θάρσεϊ Hermannus (narrante Bekkero): vulgo θάρσει, quod de compellante vel Musa vel poeta intellexerunt. καὶ τότε κτλ. Procl. in Tim. p. 106, Plut. de mult. amic. p. 93. τότε] σύγε P. θοάζει RV, Procl., Stephan. θοάζῃ CG θαμίζειν Plut. θοάσσεις Scalig., K. θοάσεις St. θαάξεις Meinecke θοάζεις B. θοάζε P. Scripsi cum Hermanno et Bekkero: nempe non potuit poeta post patefactam modestiam suam tam subito iactans suae

μήτε τιν' ὄψιν ἔχων πίστει πλέον ἢ κατ' ἀκουὴν
ἢ ἀκοὴν ἐρίδουπον ὑπὲρ τρανώματα γλώσσης,
μήτε τι τῶν ἄλλων, ὁπόσῃ πόρος ἐστὶ νοῆσαι,
γυίων πίστιν ἔρυκε, νόει δ' ᾗ δῆλον ἕκαστον.

φάρμακα δ' ὅσσα γεγᾶσι κακῶν καὶ γήραος ἄλκαρ
πεύσῃ, ἐπεὶ μούνῳ σοὶ ἐγὼ κρανέω τάδε πάντα.
παύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος οἵ τ' ἐπὶ γαῖαν
ὀρνύμενοι πνοιαῖσι καταφθινύθουσιν ἀρούρας·
καὶ πάλιν, εὖτ' ἐθέλῃσθα, παλίσσυτα πνεύματ' ἐπάξεις·

---

sapientiae evadere; ea quae dedi sunt ironice amplificantis. 19. ante hunc quoque desiderant nonnulla Brandisius, K., Prellerus, B. ἀλλὰ γὰρ ἄθρει πᾶς libri, corr. B. ἀλλ' ἄγε. ἄθρει παμπαλάμῃ K. ἀλλ' ἄθρει P. 20. τι B. eiusdem πιστιν pro librorum πίστει suscepit Bekk. μηδέ P. πιστεῦ id. πλέων C. 21. ἀκουὴν G γλώττης CGR. 22. vulgo ὁπόσῃ: sed apparet ἄλλων non posse non ad γυίων pertinere nec hinc avellendum esse, ut placuit, gravi sententiae detrimento. Errare enim qui Empedoclem singulis sensibus fidem abiudicasse dictitent, testes Sextus, cuius verba modo proposui, atque Aristoteles de an. III, 3 p. 427 a 23 (v. ad vs. 330) et met. Γ p. 1009 b 14: nec aliter possis ullo modo hos versus vel ad formae concinnitatem vel ad sanitatem sensus adigere. Erroris occasionem dedit vocis νοεῖν parum perspecta potestas, quae apud illius aetatis scriptores omnem percipiendi ac cernendi notionem continebat: cf. Xenophanis οὖλος ὁρᾷ, οὖλος δὲ νοεῖ, οὖλος δέ τ' ἀκούει, Soph. Oed. T. 371 τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματ' εἶ, noster supra vs. 9. Huius versus νοῆσαι haud a sequentis νοεῖ differt. Quocirca non erat cum B. et K. post νοῆσαι gravius incidendum. ἔπη K. 23. σαι) γυίων. πίστιν Prellerus. δ' K. pro vulgato θ', persentiscens ν vocis vim.

vss. 24—32. Diog. L. VIII, 60 e Satyro; inde Suidas v. ἄπνους, docia p. 170, Tzetzes chil. II, 906 sq., apud Iriarte denique catal. itrit. p. 450, de quo vide quae supra p. 12 adnotavi. 24. δ' m. Tzetzes. 26—28. Clem. Al. strom. p. 754 Pott. μένος] βίας

θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν
ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου
ῥεύματα δενδρεόθρεπτα κατ' αἰθέρος ἀΐσσοντα·
ἄξεις δ' ἐξ Ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε·
Ζεὺς ἀργὴς, Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' Ἀϊδωνεὺς,
Νῆστις θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

Suid. *παύσῃ δ' ἐκ καμάτων ἀναειμένος* Diog. cod. Vindob. 27. *πνοιαῖσι*] *θνητοῖσι* Clem. legebatur *ἄρουραν*: pluralem numerum tenent Clem., Diog. cod. Vind., Tzetz.: v. Iliad. Ψ, 599. 28. *καὶ πάλιν* seiungit a versus continuitate Prellerus cum Suida et Eudocia. *εὖτ'* unus Clem., receptum a K. et B. ceteri *ἦν κ'*. *παλίσσυτα* dedi pro *παλίντιτα* Diog., Clem., editorum, — *τητα* cod. Vind., — *τονα* Suid., *πάλιν τι τὰ* Tzetz. *πνεύματα θήσεις* Clem. 29. *στήσει* Suid., *στήσεις* Tzetz. *κελαινοῦ ῥόον καίριον* Suid. 30. *στήσεις* Tzetz. *θερείου* om. Suid. 31. scripsi e coniectura: *τὰ δ' ἐν θέρει ἀήσαντα* Diog., *τά τ' ἐν θ. ἀήσοντα* cod. Vind., *τά τ' ἐν θ. ἔσονται* Suid., *τά τ' αἰθέρινα θήσονται* Tzetz., *τά τ' ἐν θέρει ἀτμίζοντα* St., *τά τ' αἰθέρι αἰθύσσονται* Hermannus, *τά τ' αἰθέριν' ἀΐσσονται* Buttmannus, *κατὰ θέρος αἰθύσσοντα* K., *τά τ' αἰθρίαν θήσονται* B.

vss. 33—35. Sext. Emp. adv. math. IX, 362 et X, 315, Plut. de plac. phil. I, 3 (inde Eusebius praep. evang. XIV p. 749), Probus in Virg. ecl. VI, 31, Hippolytus (s. Pseudo-Origenes) *αἱρεσ. ἐλεγχ.* p. 246 Miller, Stobaeus ecl. I, 10 p. 287, qui assuit quartum (v. ad vs. 178), probante Panzerbietero, cum intervallo adiungente Karstenio. 34. 35. Athenagoras legatt. p. 22 Colon., Diog. L. VIII, 76, Heraclides (sive Heraclitus) alleg. Hom. p. 443 Gal. E vss. 33, 78 et 104 conflati sunt, quos affert Clem. Al. strom. p. 746, Panzerbieterus autem his praetulit. 33. *τῶν*] *γὰρ* Sext. *δὴ* Prob. *ἄκουε*] *ἔασιν* Prob., *ἔασι* P. 34. curiosius distinxi propter Schneidewinum philol. t. VI. p. 156. *ἀργὴς*] *αἰθὴρ* Plut. 35. ita Plut., Sext., Heracl., Athenag., Euseb., Stob.: quae cum parum intellegerent multis modis mutaverunt; cogitabant nimirum de fonte *humano*, cum Empedocli essent

ἄλλο δέ τοι ἐρέω· φύσις οὐδενός ἐστιν ἁπάντων 77
θνητῶν, οὐδέ τις οὐλομένου θανάτοιο τελευτή,
ἀλλὰ μόνον μῖξίς τε διάλλαξίς τε μιγέντων
ἐστί, φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισιν. 80

οἱ δ' ὅτε μὲν κατὰ φῶτα μιγὲν * φῶς αἰθέρι * 38

– – – –

βροτεῖα quaecunque orirentur atque occiderent, Νῆστις autem de-montium aeternum ideoque divinum, unde fluxisset, quae nunc mutili apparerent aqua, [illegible] vss. 130. 132. 135 sqq. De locutione τέγγει κρου-νωμα [illegible] Lobeck ad Aiac. vs 376, et de δακρύοις Lucret. I. 3[illegible] Νῆστις, θ' ἣ δακρύοις [illegible] ὄμμα βρότειον Diog. γε καιρεῖς [illegible] (s. [illegible]) βρότειον [illegible] Probus. Suid. (qui s. v. habet h. vs.). [illegible] δακρύοισιν [illegible] βρότειον Arsenius narrante Sturzio, qui [illegible] h. N. θ' ἣ δακρύοισι [illegible] κρούνωμα βροτεῖον [illegible] (diss. de elementis Empedoclis. 1805, narrante Sturzio) κρουνωμ[illegible] βροτείοις P. δακρύοις Mullachius (disput. de Empod. prooemio. 18[illegible] narrante Schneidewino: ipse enim non vidi). Ν. θ' ἣ δακρυοσταγ[illegible] κρούνωμα βροτοῖσιν Schneidewinus.

vss. 30–34, quos maximam partem una serie tradidit Plutarch[illegible] continuavi: quos quod apud Karstenium huc illuc disiectos legi indic[illegible] numerorum intervalla, noli illum certae rationi obsecutum credere eg[illegible] Nec ego meum ordinem pro rato venditem: sed cum verisimile vide-tur, philosophum ad Parmenidis exemplum prius de universis entis n[illegible] entis, generationis interitus notionibus exposuisse, quam ad singul[illegible] doctrinae partes descenderet, tum satius in re sat lubrica lectoris usu[illegible] [illegible]. 36–39. Plut. adv. Colot. p. 1111, de plac. phil. I, 3[illegible] [illegible] φύσιν μηδὲν (l. μηδενὸς) εἶναι, μῖξιν δὲ τῶν στοιχείων κα[illegible] [illegible]στασιν· γράφει γὰρ οὕτως ἐν τῷ πρώτῳ φυσικῷ; Aristot. [illegible] 4, 4 (praeter 37), 36. 38. id. de gener. et corr. I, 1, 38. 39 id. [illegible] c. 2. 36. saepe laudatur. σοι Plut. adv. Col. [illegible] plac. phil. ἑκάστου adv. Col. 37. οὐλομένη θ. γενέθλη 38. Simpl. phys. f. 34 b τὴν γένεσιν καὶ φθορὰν μηδὲν ἄλλο [illegible], ἀλλὰ μόνον μῖξίν τε καὶ διάλλαξιν μιγέντων, καὶ σύνοδον [illegible] τε γίνεσθαι ἐν μέρει αἴσης. 39. φύσις δὲ βροτοῖς plac. phil. τοῖσδ' Arist. met.

40–44 valde mutilos legi ap. Plut. adv. Col. 1113 patet ex [illegible]

ἠὲ κατ' ἀγροτέρων θηρῶν γένος ἢ κατὰ θάμνων
*ἠὲ κατ' οἰωνῶν, τότε μὲν * τὰ λέγουσι γενέσθαι·*
εὖτε δ' ἀποκριθέωσι, τὰ δ' αὖ δυςδαίμονα πότμον,
ἣ θέμις ἐστί, καλοῦσι, νόμῳ δ' ἐπίφημι καὶ αὐτός.

νήπιοι· οὐ γάρ σφιν δολιχόφρονές εἰσι μέριμναι, 347
οἳ δὴ γίγνεσθαι πάρος οὐκ ἐὸν ἐλπίζουσιν
ἤ τι καταθνήσκειν τε καὶ ἐξόλλυσθαι ἁπάντη.

---

quae subiecta sunt: [ἃ] ὁ *Κολώτης παραθέμενος* (!) *οὐ συνεῖδεν ὅτι φῶτας μὲν καὶ θῆρας καὶ θάμνους καὶ οἰωνοὺς ὁ Ἐ. οὐκ ἀνῄρηκεν, ἅ γε φησὶ μιγνυμένων τῶν στοιχείων ἀποτελεῖσθαι. τοὺς δὲ τῇ συγκρίσει ταύτῃ καὶ διακρίσει φύσιν τινὰ καὶ πότμον δυςδαίμονα καὶ θάνατον ἀλοιτὴν ἐπικατηγοροῦντας, ᾗ σφάλλονται διδάξας, οὐκ ἀφείλετο τὸ χρῆσθαι τοῖς εἰθισμέναις φωναῖς περὶ αὐτῶν*: quapropter a graviori mutatione abstinui. 40. *μὲν* om. Plut. *οἱ δ' ὅτε δὴ κ. φ. μιγὲν φ. αἰθέρι κύρει* Xylander *οἱ δ' ὅτε ἢ κατὰ φῶτα μιγὲν φάνῃ αἰθέρι λαμπρῷ* Reiske *οἱ δ' εὖτ' ἢ κατὰ φωτῶν μισγέντ' ἐς φάος ἔλθῃ* Coraes ap. St. p. 474, *οἱ δ' εὖτ' ἢ κατὰ φῶτας ἴδῃ φάος αἰθέριόν γε* K. (*'αἰθέρι* mutavi in *αἰθ. γε* quo versus suppletur') *μιγὲν φάος αἰθέρος ἴκῃ* P. 41. Legebatur *ἢ κατὰ θηρῶν ἀγροτέρων*, mutavit Ritschelius. 42. *τὸν γενέσθαι* Plut. *τότε μὲν τὸ λέγουσι γεν.* Reiske, St. *τότε μὲν δοκέουσι* K. *τόγε φασὶ* P. 43. *ἀποκριθῶσι* vulg., corr. Ritschelius; *ἀποκρινθῶσι* P. *τὸ δ' αὖ* Reiske, St., K. 44. Sic scripsi, vestigia secutus Plut. reip. ger. praec. p. 820 *ὀνομάζω δὲ νῦν τιμάς, ἃς οἱ πολλοὶ κατ' Ἐμπ. ἣ θέμις καλοῦσιν, ὅμως ἐπίφημι καὶ αὐτός* (cf. Spitzn. exc. ad Il. B, 273), *εἶναι* (*εἶκαί* [*ως*] Duebner) *καλέουσιν. ὅμως δ'* (*νόμῳ δ'* Duebn.) Plut. adv. Col. *νόμῳ δὲ ἤ τί φημι* ib. p. 1112. *ἔν γε νόμῳ καλέουσι, νόμῳ δ'* Reiske, St., P. *ἣ θέμις οὐ* Wyttenbachius ad Plut. praec. ger. reip. ibique Duebner. *Ἀλοιτὴν καλ.* Wyltenb. ad Plut. adv. Col. *δικαίως καλ., νόμῳ δ'* K.

45—47. Plut. adv. Col. p. 1113. 47. *ἤτοι* Plut., emendavit Reiske, *ἠὲ* St., K. *τε* om. Reiske *πάντη* Plut., corr. Stephanus *κἀξόλλυσθαι πάνυ πάντη* Reiske.

ἐκ τοῦ γὰρ μὴ ἐόντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι, 81
καί τ' ἐὸν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον·
αἰεὶ γὰρ στήσονται ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ.

. . . . . .

οὐκ ἂν ἀνὴρ τοιαῦτα σοφὸς φρεσὶ μαντεύσαιτο, 350

48—50. Aristot. de X. Z. G. c. 2 p. 975 a 36 ἔτι εἰ καὶ ὅτι μάλιστα [τὰ ὄντα] μήτε γενέσθαι ἐνδέχεται μήτε ἀπολέσθαι, ὅμως τί κωλύει τὰ μὲν γενόμενα αὐτῶν εἶναι, τὰ δ' ἀΐδια, ὡς καὶ Ἐμπ. λέγει; ἅπαντα γὰρ κἀκεῖνος ταῦτα ὁμολογήσας, ὅτι ἔκ τε μὴ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι, τό τε ὂν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον, αἰεὶ γὰρ θήσεσθαι ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ: ubi Aristotelia aliqua ex parte emendavi de [illegible] loco percorrupto post multos super fuse egit Mullachius (Aristot. de Mel. Xen. et Gorg. disputt. p. 17 sq.). Philo de [illegible] mundi p. [illegible] Mang. sine auctoris nomine: ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμῇ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι, τό τε ὂν ἐξαπολεῖσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον: quae nolim potius cum Galeo opuscul. mythol. p. [illegible] de Ocello Lucano sumpta esse statuere, quam de Theophrasto, cuius per Philonis librum et in libello huic valde simili de mundo crebra mentio est: id quod propter controversiam de libelli Aristotelici auctore moneo. 48. ita scripsi cum Mullachio, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος cod. Lips. et Sylburgius, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τι St. . . . ἔκ τε μὴ ὄντος K. ἐκ μὴ ὄντος Spaldingus ἐκ μὲν γὰρ μὴ ἐόντος P. ἔκ τε τοῦ μὴ ὄντος Berghius (de Arist. libello de X. Z. G. p. 14) non agnoscens formam versuum, quippe quos Aristoteles suae orationi ita accomodavisset, ut singula Empedoclea servaret. 49. emendationi meae proxime Panzerbieteri καὶ δ' ἐόν. καὶ τὸ ὂν St. τό γ' ὂν Wyttenb. K. et Mullach., hic illius de arsis vi somniis fisus. 50. στήσονται St., K. αἰεὶ γὰρ τοι θεῖ'ἐστ' sive θήσετ' ὅπῃ (i. e. vel θήσεται τις) Wyttenb. αἰεὶ γὰρ τῇ γ' ἔσται P., αἰεὶ γὰρ [illegible] Mullach., θήσεσθαι Berghius sine metro. αἰὲν] ἀντί K. ἐρείδῃ] cf. Xenophan. ap. Sext. E. hypot. I, 224; fortasse: qualicumque quis ratione ea (principia rerum) distruat ac diluat, residebunt ac stabunt invicta.

81—84. Plut. adv. Col. p. 1113. 51. μητεύσαιτο Reiske, [illegible], μαντεύσαιτο K. 53. εἰσὶ καὶ σφι vulg., corr. K.

ὡς ὄφρα μέν τε βιοῦσι, τὸ δὴ βίοτον καλέουσι,
τόφρα μὲν οὖν εἰσίν καί σφιν πάρα δειλὰ καὶ ἐσθλά,
πρὶν δὲ πάγεν τε βροτοὶ καὶ ἐπεὶ λύθεν, οὐδὲν ἄρ' εἰσίν.

ἀλλὰ κακοῖς μὲν κάρτα πέλει κρατέουσιν ἀπιστεῖν. 84
ὡς δὲ παρ' ἡμετέρης κέλεται πιστώματα Μούσης,
γνῶθι, διατμηθέντος ἐνὶ σπλάγχνοισι λόγοιο.

. . . . κορυφὰς ἑτέρας ἑτέρῃσι προςάπτων 447
μύθων, μήτε λόγων ἀτραπὸν μίαν . . . . .
. . . . καὶ δὶς γὰρ ὃ δὴ καλόν ἐστιν ἐνίσπειν. 446

δειλὰ B. pro vulg. δεινά. 54. καὶ λυθέντος libri, λυθέν τε Scalig. καὶ ἐπεὶ λύθεν Reiske, ὡς λύθεν Xylander, St. οὐδὲ ἄρ' εἰσί vulg., emendavit Stephanus praebetque nunc Duebneri editio, οὐδ' ἄρ' ἔασι K. Quominus haec cum Karstenio ad doctrinam de immortalitate animorum trahas, prohibent voces πάγεν et λύθεν materiae notionem includentes.

vss. 55—57. Clem. Al. strom. p. 656 Pott. haec addens: τοῖς μὲν γὰρ κακοῖς τοῦτο συνηθές, φησὶν ὁ Ἐ., τὸ ἐθέλειν κρατεῖν τῶν ἀληθῶν διὰ τοῦ ἀπιστεῖν. 55. κρατέουσιν '*firmis certisque argumentis* vel *effatis*' K., '*potentibus* h. e. *diis*' B.; intellego λόγοις, *legibus per naturae universitatem pertinentibus ac dominantibus*, qualis est: nihil e nihilo fieri aut in nihilum occidere (cf. Aeschyl. Pers. 725 λόγος κρατεῖ σαφηνής, Soph. Ai. 1251, Heraclit. fragm. 18 Schleierm.); nec vero ineptum: *eis qui recte monent veritatisque vi vincunt*, v. Plat. Phaedr. p. 272 a ὁ μὴ πειθόμενος κρατεῖ. 56. 57. Theodoret. serm. p. 476 Sch. ὧδε γὰρ id.

vss. 58. 59. Plut. de orac. def. p. 418 ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ Ἐμπεδόκλειον εἰπεῖν δόξω, κορυφὰς ἑτέρας ἑτέραις προςάπτων μύθων μήτε λέγειν ἀτραπὸν μίαν, ἐάσατέ με τοῖς πρώτοις τὸ προςῆκον ἐπιθεῖναι τέλος. Versus constituit Xylander. 58. ἑτέρῃσι St. προςάπτειν mavult Reiske. 59. λόγων Wyttenbachius. — Plut. non posse suav. vivi p. 1103 δεῖ γὰρ ὃ δὴ καλόν ἐστιν ἀκοῦσαι, κ

[πείρατα μύθων]
δίπλ' ἐρέω· τοτὲ μὲν γὰρ ἓν ηὐξήθη μόνον εἶναι
ἐκ πλεόνων, τοτὲ δ' αὖ διέφυ πλέον' ἐξ ἑνὸς εἶναι.
δοιὴ δὲ θνητῶν γένεσις, δοιὴ δ' ἀπόλειψις.
τὴν μὲν γὰρ πάντων σύνοδος τίκτει τ' ὀλέκει τε,
ἡ δὲ πάλιν διαφυομένων θρεφθεῖσα διέπτη.
καὶ ταῦτ' ἀλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει,
ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα,

ίαν Ἐ. Schol. in Plat. Gorg. p. 124 R. δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν, ὅτι χρὴ περὶ τῶν καλῶν πολλάκις λέγειν. Ἐμπεδοκλέους τὸ ἔπος, ἀφ' οὗ καὶ ἡ παροιμία· φησὶ γάρ, καὶ δὶς γὰρ ὃ δεῖ καλόν ἐστιν ἐνίσπειν. St. hunc versum finxit: δὶς γὰρ καὶ τρὶς δεῖ ὅ,τι δὴ καλόν ἐστιν ἐνίσπειν.

vss. 60—66. Simplicius in Aristot. phys. f. 34 a Ὁ δὲ Ἐ. τὸ ἓν καὶ τὰ πολλὰ τὰ πεπερασμένα καὶ τὴν κατὰ περίοδον ἀποκατάστασιν καὶ τὴν κατὰ σύγκρισιν καὶ διάκρισιν γένεσιν καὶ φθοράν, οὕτως ἐν τῷ πρώτῳ τῶν φυσικῶν παραδίδωσι. 60. supplevit K. e vs. 75. 63. τοτὲ δὲ et τοτὲ δ' K., qui locum ad Empedoclis doctrinam gravissimum temere turbavit. 64. pro ὀλέκει de suo posuit αὔξει K. constantiae ergo. 65. θρεφθεῖσα scripsi pro vulgato θρυφθεῖσα, quod idem Panzerbietero placuit atque a Schneidewino tacite probatum est. Sententia haec est: *dupliciter res et gignuntur et interimuntur: gignuntur cum elementa in unum coeunt, quo simul, quae ex eis elementis res fuerant compositae, evanescunt: rursus cum elementa ex unitate discedunt, quae in ea fuerant res, diffluunt, at e difflatis elementis novae res nascuntur.* Quod tamen decretum non continuo ad huius mundi originem transferendum est, verum universe ad oriundi intereundique explicationem pertinet. 66. οὐδαμᾶ Simpl. edit. Aldina. Tzetzes Homeric. p. 58 Schir. subiectos habet vss. 66—69 versibus 33—35: nam quod pro ἀλλάσσοντα exhibet ἀμειβόμενά τέ γε et omittit καί, non ideo cum Schneidewino p. 159 alius his versus censendus est. 67—73. Simplic. de coelo ap. Peyronium (Empedoclis et Parmenidis fragmenta. Ex codice Taurinensis bibl. cat. 1810) p. 47 bis. 67. 68. Simplic. phys. f. 6 b et f. 310 a, Diog. L. VIII, 76, Stob. ecl. I, 11 p. 290, auctor vitae Hom. p. 327 Gale.

ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει.
οὕτως ᾗ μὲν ἓν ἐκ πλεόνων μεμάθηκε φύεσθαι
ἠδὲ πάλιν διαφύντος ἑνὸς πλέον' ἐκτελέθουσι,
τῇ μὲν γίγνονταί τε καὶ οὔ σφισιν ἔμπεδος αἰών·
ᾗ δὲ τάδ' ἀλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει,
ταύτῃ αἰὲν ἔασιν ἀκίνητον κατὰ κύκλον.

* * *

ἀλλ' ἄγε, μύθων κλῦθι, μάθη γάρ τοι φρένας αὔξει.
ὡς γὰρ καὶ πρὶν ἔειπα πιφαύσκων πείρατα μύθων,
δίπλ' ἐρέω· τοτὲ μὲν γὰρ ἓν ηὐξήθη μόνον εἶναι
ἐκ πλεόνων, τοτὲ δ' αὖ διέφυ πλέον' ἐξ ἑνὸς εἶναι,
πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ αἰθέρος ἤπιον ὕψος·
Νεῖκος τ' οὐλόμενον δίχα τῶν, ἀτάλαντον ἁπάντῃ,

συνερχόμενα τάδε πάντα Stobaeus. 68. *δίχα πάντα* vel *δίχ' ἅπαντα* Simplic. passim. *αὖθις ἕκαστα Νείκεος ἄχθει* auct. vit. Hom. *αὖτε — φρουρούμενα* Stob. *φορούμενα* Simpl. passim. 69—73. Arist. phys. VIII, 1, Simpl. phyl. f. 8 a (v. ad v. 112). 69. om. Simpl.: inseruerunt B. et K. ex Aristotele et Simpl. phys. f. 8 a. *οὕτως*] a versu seiunxit Bekkerus et posuit *ἡμὲν*, *οὕτω δ'* P. 70. *ἠδὲ* Bekk., *ᾗ δὲ* libri cum Simpl. 71. *γίγνεται* Simpl., qui affert hunc versum f. 278 b. *τῇ μὲν ἐπείγονται* Geelius. 72. *τάδ ἀλλάσσοντα*] *διαλλάσσοντα* Simpl. *οὐδαμοῦ* vel *οὐδαμᾶ* id. 73. *ἀκίνητον* B. *ἀκίνητοι* Arist. et Simpl. (semel hic *ἀκίνητα*), *ἀκίνητα* K., *ἀκινητὶ* P. Post hunc versum contra Simplicii, quae videtur, auctoritatem lacunam statui. 74. *μέθη* Simpl. Stobaeus ecl. append. p. 34 Gaisf. versum sic exhibet: *ἀλλ' ἄγε, μύθων κλῦθι, μάθησις γὰρ φρένας αὔξει*: cui speciei patrocinatus est Prellerus; Clem. Al. strom. p. 697 Pott. *ὡς ἡ μάθησις κατ' Ἐ. τὰς φρένας αὔξει*: correxit B. 75. *πιφάσκων* cod. D Brandisii. 77—80. Simpl. phys. f. 6 b. *ἄλλοτε μὲν* Simpl. ib. 78—80. Sext. E. adv. mathem. IX, 10. 78. Plut. de adul. et amic. p. 63; Clem. Al. strom. p. 746 conflavit hunc cum versu 33 et 104 (v. ad vs. 33). *ἀέρος* (s. *ἠέρος*) *ἄπλετον ὕψος* Simpl., *ἠέρος ἤπιον ὕψο*

καὶ Φιλότης μετὰ τοῖσιν ἴση μῆκός τε πλάτος τε·
τὴν σὺ νόῳ δέρκευ, μηδ' ὄμμασιν ἧσο τεθηπώς,
ἥτις καὶ θνητοῖσι νομίζεται ἔμφυτος ἄρθροις,
τῇ τε φίλα φρονέουσ' τε καὶ ἄρθμια ἔργα τελοῦσι,
γηθοσύνην καλέοντες ἐπώνυμον ἠδ' Ἀφροδίτην·
τὴν οὔτις μετ' ὅλοισιν ἑλισσομένην δεδάηκε
θνητὸς ἀνήρ· σὺ δ' ἄκουε λόγων στόλον οὐκ ἀπατηλόν.

* * *

ταῦτα γὰρ ἶσά τε πάντα καὶ ἥλικα γένναν ἔασι,
τιμῆς δ' ἄλλης ἄλλο μέδει, παρὰ δ' ἦθος ἑκάστῳ.

Sext., *αἰθέρος ἄπλετον ὕψος* Clem., *ἄπλετον* P. 79. 80. Sext. E. adv. math. X, 317. Vulgo commate hunc a praegresso seiunxerunt, simili errore eius quo post v. 77 gravius distinxerunt. *δίχα· τῶν — ἕκαστον* Simpl. Ald. *ἑκάστῳ* P. 80. 81. Plut. Amator. p. 756. *φιλίη* Sext. *ἐν τοῖς* Plut., *ἐν τοῖσιν* Simp., P. *ἴσον* Sext. Non sunt haec cum interpretibus de forma Amicitiae tanquam corporeae intellegenda, verum sicut Discordia ab elementorum globo prorsus separata dicitur, ita haec per omnes eorum partes quoquoversus patens ac perfusa esse. 81. Clem. Al. p. 653, Simpl. phys. f. 41 a *ἣν* Clem. *νῷ δέρκου* Plut. 82. *φυτοῖσι* cod. C Brandisii, *θνητοῖσιν ἐνίζεται* K. propter v. 85; sed hic est de mortalibus, ille de elementis: *noverunt quidem mortales inesse in suis membris vim Amicitiae, at eam per rerum universitatem eodem modo regnare nemodum perspexit.* 83. ita cod. D Brandisii, (cf. v. 186) vulgo *ἰδ' ὁμοῖϊα.* 84. *γηθοσύνην*] allusum est ad *γειτοσύνην.* 85. *μετ' ὅσοισιν* Simpl. Ald., *μετ' ἅπασιν* St. et K., *μετὰ τοῖσιν* Brandisius hist. philos. t. I p. 224, *γ' ὅσσοισιν* s. *τὴν οὐδεὶς ὅσσοισιν* Prellerus; scripsi cum P. 86. *λόγου* cod. D Brand. 87. Lacunae nota hunc dirimendum esse a praegressis, quibus continuavit Simplicius, non viderunt editores. Eundem affert Arist. de gen. et corr. II, 6. Quam parum continuos versus descripserit Simplicius arguit, quem post v. 88 sine intervallo profert, versus 112: quem cum appareat esse de amore et discordia, fuit hinc segregandus, ubi de elementis sermo est. Errat enim profecto Panzerbieterus, qui eum de elementis interpretatur, quae nec regnant neque

* * *

οὐδὲν γὰρ πρὸς τοῖς ἐπιγίγνεται οὐδ' ἀπολήγει·

* * *

εἴτε γὰρ ἐφθείροντο διαμπερὲς, οὐκέτ' ἂν ἦσαν.

* * *

οὐδέ τι τοῦ παντὸς κενεὸν πέλει οὐδὲ περισσόν.
τοῦτο δ' ἐπαυξήσειε τὸ πᾶν τί κε καὶ πόθεν ἐλθόν;
πῆ δέ κε καὶ ἀπολοίατ'; ἐπεὶ τῶνδ' οὐδὲν ἔρημον.
ἀλλ' αὔτ' ἔστιν ταῦτα· δι' ἀλλήλων δὲ θέοντα
γίγνεται ἄλλοθεν ἄλλα διηνεκὲς, αἰὲν ὁμοῖα.

---

inter se regnandi vicissitudinem habent. Karstenius adiunxit etiam v. 113 e Simpl. f. 273 a (coll. f. 8 a). 88. Quo haec pertineant, Simplicius indicat ad v. 96 sq. Excidit post hunc vel potius versu 112 expulsus est unus alterve. Quae enim v. 87 posita sunt de aeternitate elementorum, ea vss. 89—95 firmantur, quae autem v. 88 de natura et indole singulorum elementorum, ea inde a v. 96 explicantur. 89. καὶ πρὸς τοῖς οὔτ' ἄρ Simpl. Ald., ἄρ τι cod. D, καὶ πρὸς τοῖς ἄρα οὔτε τι γίνεται St., καὶ πρὸς τοῖσιν ἄρ οὔτ' K., (quae postea suadente Geelio retractans suscepit Aldinae scripturam) καὶ πρὸς τοῖς οὔτ' ἀλλ' P. Post hunc quoque aliquid intercidisse ostendit conclusionis hiatus. 90. lacunae signa introduxit K. 91. interponendum putavi propter Arist. de X. Z. G. c. 2 p. 976 b 23 ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἐ. κινεῖσθαι μὲν ἀεί φησι συγκινούμενα (l. συγκρινόμενα) τὸν ἅπαντα ἐνδελεχῶς χρόνον, οὐδὲν εἶναι λέγων ὡς (l. περισσὸν) τοῦ παντὸς οὐδὲ κενεόν. πόθεν οὖν τί κ' ἐπέλθοι; Laudant praeterea Stob. ecl. I, 18 p. 378, Plut. plac. phil. I, 18, Galen. hist. phil. 10, Theodoret. therap. t. IV p. 529 C Sch. κενὸν Stob., οὐδέ τι παντὸς κενὸν Gal. 92. Arist. ib. p. 975 b 10 πῶς γάρ, φήσει (ὁ Ἐ.), καὶ ἔπαρξις ἴετο, παντί τε καὶ ποθὲν ἐλθόν; quorum vitia dudum perspecta sunt. (cf. ad v. 48 sq.) παντὶ καὶ cod. D. κε om. cod. C. 93. καὶ] κῆρυξ codd. CD, quod spectare videtur ad ἐξαπολοίατ'. πῆ δὲ

ἀλλ' ἄγε, τῶν ὀάρων προτέρων ἐπιμάρτυρα δέρκευ,
εἴ τι καὶ ἐν προτέροισι λιπόξυλον ἔπλετο μορφῇ·
ἠέλιον μὲν λευκὸν ὅρα καὶ θερμὸν ἁπάντῃ,
ἄμβροτα δ' ὅσσα πέλει τε καὶ ἀργέτι δεύεται αὐγῇ,
ὄμβρον δ' ἐν πᾶσι δνοφόεντά τε ῥιγαλέον τε·
ἐκ δ' αἴης προρέουσ' ἐθελυμνά τε καὶ στερεωπά.

καὶ ἐξαπόλοιτο κ' B. *ἀπόλοιτο* Ald., corr. P. 94. *ἔστι γε* K. 'fortasse *ταὐτά*' B. 95. vulgo *ἄλλοτε*, cf. v. 169.

vss. 96—100. Simplic. phys. f. 34 a paulo post v. 95: *πλείονα δὲ ἄλλα εἰπὼν ἐπάγει ἑκάστου τῶν εἰρημένων τὸν χαρακτῆρα, τὸ μὲν πῦρ ἥλιον καλῶν, τὸν δὲ ἀέρα αὐγὴν καὶ οὐρανὸν, τὸ δὲ ὕδωρ ὄμβρον καὶ θάλασσαν· λέγει δὲ οὕτως.* 96. *ἀλλά τε* cod. D. *ἐπὶ μάρτυρα* Simpl. Ald., corr. Scaliger. 97. *λιπόζυγον* St., *ὑπόξυλον* Prellerus. 98—107. Simpl. phys. f. 7 b *καὶ ἐν ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔπεσιν, ἐν οἷς καὶ τὰ γνωρίσματα ἑκάστου τῶν τεσσάρων στοιχείων καὶ τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας παραδίδωσι σαφῶς, τὴν ἀμφοῖν ἐν πᾶσι μῖξιν τοῦ τε νείκους καὶ τῆς φιλίας ἐξέφηνεν· ἔχει δὲ οὕτως.* 98 et 100 Arist. de gen. et corr. I, 1, Philoponus ad h. l., Plutarch. de pr. frig. p. 949. 98. Galen. *περὶ τῆς τ. ἁπλ. φαρμ. κρ.* t. XIII p. 31 Chart. *λευκὸν*] *θερμὸν* Simpl., Gal., *λαμπρὸν* Plut. et cod. D Simpl., P. *ὅρα* dedi, cum vulgo legeretur *ὁρᾶν*, unius Plutarchi editt. Ald. et Basil. tenerent illud, Simpl. denique sat bonae notae cod. C *ὁρᾶ*. *θερμὸν*] *λαμπρὸν* Simpl. altero loco, Galen. Dudum receptam scripturam firmant Aristotelis et Philoponi testimonia. 99. *δ' ὅσσ' ἔδεται* (*δὲ τοσ^{ε}ο δέ τε* cod. C) et *δ' ὅσσα ἔδεῖτο* Simpl., quorum hoc recepit St., *θ' ὅσσ' ἕπεταί τε* K. (contra doctrinae veritatem, quapropter postea proposuit: *ὅσσα τ' ἔγεντο*; idem hunc versum cum praegresso coniungens atque utrumque de igne intellegens desiderat versum aetheris indolem declarantem statuitque lacunam), *ὅσσ' ἐδέθη* s. *ὅσσα ἰδεῖν* s. *ὅσσα ἰδέσθαι ἔτ'* dubitanter Prellerus, *ἄβρομα δ' ὅσσα πνέει τε* P., *ὅσσ' ἔλεται* Geelius. Correxi ex coniectura: *ἄμβροτα* sunt sidera, quae ex Empedoclis sententia coeli superficiei aethereae infixa illius versatione simul versantur. In errorem inducti sunt quidam, qui, quae elementorum partes atque illustria exempla voluit esse Empedocles, ipsa elementa esse putarent. 100. *ζοφόεντα* Aristotelis et Plutarchi non-

ἐν δὲ κότῳ διάμορφα καὶ ἄνδιχα πάντα πέλονται,
σὺν δ' ἔβη ἐν φιλότητι καὶ ἀλλήλοισι ποθεῖται.
ἐκ τούτων γὰρ πάνθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἔστι καὶ ἔσται,
δένδρεά τ' ἐβλάστησε καὶ ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες,
θῆρες οἰωνοί τε καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς,
καί τε θεοὶ δολιχαίωνες τιμῇσι φέριστοι.
αὐτὰ γὰρ ἔστιν ταῦτα, δι' ἀλλήλων δὲ θέοντα
γίγνεται ἀλλοιωπά· διάπτυξις γὰρ ἀμείβει.

καὶ γὰρ καὶ πάρος ἦν τε καὶ ἔσσεται, οὐδέ ποτ', οἴω,
τούτων ἀμφοτέρων κεινώσεται ἄσπετος αἰών.

---

nulli codd. 101. *θέλιμνά* (*θέλημά* CD) *τε καὶ στεροπά γε* (*στερεωπά* D) Simpl. Ald. f. 34, *θελίμνατα* (*θελήματα* C, *θελημνά τε* D) *καὶ στερέωμα* id. f. 7, *θέλυμνά τε καὶ στερεά γε* St., *ἐθελημά τε* P.: scripsi cum K. Arist. de gen. et corr. I, 1 p. 315 a 10 *λέγει τὸν μὲν ἥλιον λευκόν, τὴν δὲ γῆν βαρὺ καὶ σκληρόν*; v. ad v. 169. 102. *διαμορφία* C. 104—107. Arist. met. B, 4, 104—106 id. de mundo c. 6. *ἐκ τούτων γὰρ πάντ' ἦν* (*παντὸς ἄτην* D) *ὅσσα τε* (*τ'* C) *ἔστι καὶ ἔσται* Simpl. Ald. f. 34 indeque St., *ἐκ τῶν γὰρ πάνθ' ὅσσ' ἦν,* (*ὅσα τ' ἦν* CD) *ὅσσα τέ ἐστι καὶ ἔσται* id. f. 7, *ἐξ ὧν πάνθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἔσθ' ὅσα τ' ἔσται ὀπίσσω* Arist. (quem sequitur Prellerus), *ἐξ οὗ* (sc. *τοῦ θεοῦ*) *πάνθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἐστὶν ὅσα τ' ἔσται ὀπίσσω* id. de mundo, *ἐκ τῶν πάνθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἔσθ' ὅσα τ' ἔσται ὀπίσσω* K. Scripsi cum P. 105. *δένδρα* (*δένδρεα* CD) *τε βεβλάστηκε* Simpl., Ald., *δένδρεά τ' ἐβλάστησε* D. 108. *ἐστι* Simpl., *ἔστι γε* K. 109. *ἀλλοιωπά τῆγον* D. *ἀλλοιωτὰ* St. *τὰ γὰρ διάκρυψις ἀμείβει* Simpl. Ald., P., *διάκρασις* CD, *διάπτυξις* St. et K. e Simpl. f. 34 b (v. ad v. 38), *διάθρεξις* B 'quamvis dubitanter,' propter metrum reiciens *διάπτυξις*. A Ritschelio monitus emendavi transponendo.

